

1709. 10. Donf.
Cibenius
etia

B.

Nd. q.




REFORMATIO
IVRIS DIC-
TIONIS ECCLESIASTI-
CÆ ARCHIEPISCOPALIS CV-

RIAECOLONIENSIS, IVSSV ET AVTHORITATE

Reuerendissimi & Senerissimi Principis ac Domini, D. ERNESTI
Electi & Confirmati Archiepiscopi Coloniensis, Sacri Romani Im-
perijs per Italiam Archicancellarij, Principis Electoris, Episcopi Leo-
diensis, Administratoris Episcopatum Monasterien. Hildeshei-
men. & Frisingensis, Principis in Stabelo, Comitis Palatini Rhei-
ni, Superioris & inferioris Bauariæ, VWestphaliæ, Anga-
riæ & Bullionis Ducis, Marchionis Francimonten.

Legatiq; nati &c. conscripta
& ædita.



MONASTERII VVESTPH.

Excudebat Lambertus Rasfeldt.

Anno M. D. XCIII.

Cum gratia & priuilegio &c.


LIBRARIAS
TIONIS ECCLIESIASTICAS
ARCHIEPISCOPALIS QV
IAS GORTONIENSIS, ILLA ET AUTONOMIA
Habentur. Comitum Archiepiscopalem. Comitum Rostrenensem.
Comitum Lichtensteiniensem. Comitum Brandenburgensem.
Comitum Hohenlohem. Comitum Württembergensem.
Comitum Württembergensem. Comitum Württembergensem.
Comitum Württembergensem. Comitum Württembergensem.
Comitum Württembergensem. Comitum Württembergensem.
Comitum Württembergensem. Comitum Württembergensem.



MONASTERII VESTPH
EXCIPERAT IMPERATOR REGIS
ANNO M.D.XCIII
Cum eiusdem anno

ERNESTVS DEI
GRATIA ELECTVS
ET CONFIRMATVS ARCHI-

Episcopus Colonensis, sacri Romani Imperij per Italiam. Archicancellarius, Princeps Elector, Episcopus Leodiensis, Administrator Ecclesiarum Monasteriæ Hildesheimen. & Friesensis, Princeps in Stabelo, Comes Palatinus Rheni, superioris & inferioris Bauariae, Westphaliae, Angariæ & Bullionis Dux, Marchio Franchimontanus. Legatusq; natus, &c.



ETERES sapientissimi legumlatores, qui Rem publicam fundare, fulcire, & amplificare, exornare, & florentissimā reddere concupuerunt, tribus potissimum in rebus vniuersam illius salutē, conseruationemq; positam esse iudicauerunt: nimirum in religione, in iustitia, & in sapientia.

Quæ etsi indissolubili vinculo inuicem cohærent: peculiarem tamen singulæ naturam & considerationem habent. Sacratissimæ

: (2 mæ

PRÆFATIO.

mæ religionis excellētiæ primas omnium rerum in vniuerso Christiano orbe partes meritò tribuerunt. Iustitiam vero reliquarum omnium virtutum præstantissimam dominam atq; reginam, solidumq; perpetuæ commendationis & fœlicitatis robur appellauerunt. Quippe sine qua nulla Res publica, nulla multitudo, neq; domus quidem vlla consistere aut gubernari potest. Adeo quidem vt non solum ijs, qui in contrahēdis negotijs, vitaq; cōmuni versantur, sed etiam solitario, & extra societatē hominum in agro vitā degenti, iustitia ad vitam recte beateq; transigendā in primis necessaria sit. Huius autem præclarissimæ virtutis & egregiæ totius Reipublicæ ornamenti vis omnis in actione consistit. Ut non solum ea per politi homines recte viuant, & in officio suo quisque syncerè versetur, & ab aliorum hominum iniuria & fraude abstineat: verum etiam contrafacentes, pœnæ & suppliciorum metu ac seueritate in officio contineantur. Vnde iudicia publica & priuata, vnde iudices & iustitiæ ministri, vnde tribunalia ecclesiastica & ciuilia, criminaliaque prudenter introducta sunt.

Quæ

PRÆFATIÖ.

Quæ dum rectè obseruantur, Respublica et florescit & amplificatur, ciues beati atq; fœlices euadunt, eorum vita, fama, bona conseruantur: iniustitia ne vñquam erumpere queat, septis suis conclusa, retinetur: Principis vero ipsius & supremi Magistratus authoritas fulcitur, dignitasq; eius splendorem & ornamentum accipit, & multis curis atque molestijs liberatur, totaq; Respublica in iucundissima pace conquiescit. Quod si hoc Reipublice firmamentum aliqui labefactari contingat, protinus cōtraria omnia euenire necesse est. Id quod maxima regna, & florentissimæ olim prouincie, eū ingenti publico detimento, & summo omnium dolore, re ipsa expertæ sunt. Nam si hi, qui iuri dicundo præsunt, aut famulantur, hoc officium suum negligent, odio, inuidia, metu, fauore, pretio, alijsq; infirmæ mentis per motionibus à iustitiæ preceptis se se abduci, & iudiciorum religionē perfringi, ipsaq; iura conuelli, aut iuris distinctionem maculari patientur, neglecta q; fide quam Principi dederunt, contemptoq; Iure iurando quo se obstrinxerunt, iustitię & communis utilitatis euersores fiant: de

:(- 3 - prin-

PRÆFATIO.

principis sui, qui hanc pretiosam Reip. suæ partem ipsorum fidei cōmisit, expectationem defraudant, & pessimè de illius dignitate & gloria merentur: sibi ipsis iniustiæ & iniquitatis vulnus, quo nullum grauius esse potest, in animis suis infligunt, sempiternamq; sibi ignominiam inurunt, & Deum ipsum, iustiæ authorem, grauissimè offendunt, magnamq; vniuersæ Reipub. perniciem, cum multorum lacrymis important. Hinc enim aliter fieri non potest, quin iustitia rarescat, religio ipsa labefactetur, virtutes in deterius, nequitia inua-lescente, prolabantur, boni prædēfiant sce-leratis, & diuexentur vndique ab iniustis, soli mali opulentii sint, boni contumelijs & egestate vexentur, nihil quisque habeat, nisi aut quæsitum aut defensum male: au-dacia & vis omnia possideant, omnes Rei-public. opes dilabantur, quæ in eorum po-testate posita sunt, qui iudicia dant, & eo-rum qui iudicant, multi impunitate proposita ad facinora, spolia, rapinas, iniuri-as aliorum incitantur, & ad opprimen-dum innocentias audacioreseuadant. Post-quam ergo diuina clementia nos superiori-bus annis ad Ecclesiæ & Reip. Coloniensis

gu-

PRÆFATIÖ.

gubernationē admouisset, solicitè nobiscū cogitare cæpimus, qua potissimū ratione, spartā hanc nostram adornare, grauissimū que illud humeris nostris à Deo impositū onus, ad Dei præpotētis gloriam, ad nostrā, atq; subditorum nostrorū salutem, & pacē tranquillitatēm q; publicam, cū fructu administrare possemus. Cumq; in hac cura sedulo versaremur, ex diuersis optimorū hominū sermonibꝫ, & multorum querelis accepimus, iustitia administrationem, mirificè perturbatam & abusibus corruptam esse, & formam illam exercendæ vtriusque, Ecclesiasticæ & ciuilis iurisdictionis, recte olim sapienterque à decessoribus nostris præscriptam, ac subinde reformatam, instauratamq; hominum vitijs, & horum periculosisſimorum temporum iniuria, in deplorandam depravationem incidisse, ac propemodum euenisſe, vt ea, quæ pro pace & vtilitate subditorū quærenda & conseruāda introducta fuere, abutentiū nequitia, in seminarium & fomentum litium, & vilis potius quæſtus, quam pacis & tranquilitatis aucupium, degenerasse viderentur. Hic ergo grauissimis de causis, & quod

: (4 nihil

PRÆFATI.


nihil æquè principis officio conueniat,
quam diligenter prouidere, ut litium pro-
lixitate amputata, ac remotis obstaculis,
quæ controuersijs iudicibus immortalis-
tatem quandam parere solent, omnibus ci-
tra personarum respectum, plana & neutri-
 quam impedita via, ius reddatur, corrigen-
 dę denuo iurisdictioni, presertim Ecclesia-
 sticæ animū nostrum adiecimus. Nō quidē
 eo consilio, ut per omnia illa quæ à decesso-
 ribus nostris pulchrè ac laudabiliter, quo
 ad iudiciorum ordinem, constituta sunt,
 abolere aut obscurare decreuerimus, sed vt
 pro huius deplorandi temporis ratione, &
 locorum atq; causarum diuersitate pleraq;
 ex eis ad coercēdum & retinendū subditos
 nostros in officio, & ad Reip. utilitatē pro-
 mouendā, mitigaremus ac temperaremus,
 Quæ quidem necessitas non solū mutandæ
 legis, & corrigendæ iurisdictionis occasio-
 nē aliquando præbet, verum etiam veteres
 iurisconsultos, ad corrigendum & mutan-
 dū ea, quæ aliās nō sine cuienti Reip. utili-
 tate præscripta erant, præter itistēporibus
 aliquoties adegit : Quare si quæ in statutis
 decessorū nostrorū contineantur, quæ cum
 hac

PRÆFATIO.

hac noua reformatione nostra ex diametro
non pugnant, vel super quibus in hac no-
stra reformatione per nos dispositum vel
ordinatum non est, ea ipsa non tam reuoca-
re quam innouare, atq; in suo robore per-
manere volumus. Propterea doctissimis
viris consiliarijs nostris, quorum solerti-
am scientiamq; iuris, & circa nostras iussio-
nes fidem, iā antè ex multis argumentis ex-
ploratè cognitam habebamus, quiq; tēpore
ultimodecessoris nostri in hac reviriliter
versari cœperant, mandauimus, vt ipsi au-
thoritate nostra, vtramq; iurisdictionē in
Archiepiscopatu nostro recognoscerēt, re-
gē constituta, & quæ antè obtinebant, con-
firmarent, vitia præscinderent, quæ postea
dissuetudine obumbrata, multisq; retro
Archiepiscopis necessario corrigenda visa
erāt, restituerent, & abusibus deprauata cor-
rigerent. Quæ cū ab illis diligenter preſtita,
locumq; hūc pulchrè per purgatū esse intel-
leximus, quodq; illorum preclarus labor ve-
nerabili Capitulo nostro probaretur, co-
gnouimus: iccirco authoritatē nostrā accō-
modauim⁹, & typis excudi, & ne quis officia
torū seu iuratorū aulæ nostræ Archiepisco-
palis,

PRÆFATIO.

palis, limites huius nouæ Reformationis Ecclesiasticæ iurisdictionis transiliendo, per qualem cunque ignorantiam se excusare possit, prædictam Reformationem subditis nostræ ciuitatis & diœcesis Colonensis publicari iussimus, prout tenore præsentium publicamus. Mandantes omnibus & singulis nostris officiatis & subditis, ut eandem summa ope, & alaci studio accipient, & firmiter atque in uiolabiliter obseruent, & obseruari current, nec cum nos hæc præstiterimus, sibi ipsis defuisse videantur. Neque nos hanc, optima voluntate suscep tam de repurganda instauranda que iustitiæ officina, cogitatione, presentesque curas & sumptus, frustra consumpsisse videamur. Sed iurisdictionem nostram Ecclesiasticam noua quedam dignitatis & venerationis accessio cōmendet, eiusdemq; fructus in Ecclesiam & Rem publicam nostram promanent.



I

DE OFFICIALI EIVSQVE OFFICIO.



VANDOQVIDEM iudicium Archiepi-
scopalis curiæ nostræ Ecclesiasti cæ præcipu-
um & supremum in Dioceſi nostra exiſtit,
& ob id meritò is qui huic iudicio præſt, &
Officialis vocatur, aliis inferioribus iudici-
bus, integritate vitæ, & grauitate ac hone-
state morum, scientiaque prælucere debet:
iccirco fancimus, vt Officialis noster, non

tantum sacrorum canonum & munerum
Ecclesiasticorum, legumque peritus, sed & bonæ vitæ, honestæ con-
uersationis, & spectatæ grauitatis atque integratatis sit, vt iudiciales
processus aptè dirigere, & iustis sententiis lites atque controuersias
dirimere, cæterosque eius iudicij nostri ministros, qui in ipsum ocu-
los suos coniectos & intentos habent, virtute & scientia sua permo-
uere & inducere possit, vt cum reuereantur & metuant, vt eius exem-
plo discant ea sedulitate, dexteritate, integritateque, officia sua ad-
ministrare, vt omnes tandem intelligent, eos tranquillitatem publi-
cam, & utilitatem partium litigantium, ipsamque iustitiam quære-
re, & priuato lucro quæstuique suo anteponere.

Inprimis autem Officialis noster huc omni animi impetu, cura,
& sollicitudine speget, atque intendat, vt diligenter rimatis atque
cognitis causarum meritis, partibus expeditam & celerem iustitiam
administret.

Præcipua verò industria procuret, vt pauperum & miserabilium
personarum causæ, præ alijs quantum eius fieri potest, promouean-
tur, decidantur, & ad debitum finem perducantur, vt & prædecessor
noster Theodoricus laudabiliter statuit, & nos renouandum esse cen-
semus. Ita tamen, vt si de eorum egestate & paupertate, per Magi-
stratus vel pastoris sui documentum, vel alias legitimè constet: cele-
riter & gratis audiantur & expediantur, & Aduocatis, Procuratoribus
& Notariis serio iniungatur, vt easdem citra tergiuersationem acce-
ptent, & non minori, sed potius maiori cura, sedulitate, & diligen-
tia, quam diuitum causas agant. Qua tamen in re Officialis noster
eam seruabit æqualitatem, eoquæ ordine causas pauperum inter Ad-
uocatos, Procuratores, & Notarios distribuet, vt nemo iuste conque-
ri possit, sibi soli has causas obtrudi, vel plus oneris quam alijs im-
poni.

A

Cum

2 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

Cum ad Maiestatem & authoritatem consistorij & iurisdictionis nostræ Ecclesiasticæ conseruandam, ac iudiciales processus aptè dirigendos, nihil æquè conducere possit, quam bene constituta, placida, modesta, grauis & magnifica iudicialis audientiæ obseruatio, & ipsius iudicis, tanquam gubernatoris & directoris continua præsentia statuimus & ordinamus, ut Officialis noster in omnibus audientijs continuo usque ad finem præsens sit, & personaliter præsideat, nec isthinc (nisi necessitate urgente auocetur) discedat. Si verò impediatur, quo minus personaliter præsidere possit, Sigillifero nostro vicces suas committat. Qui si etiam fortè impeditus sit, alium ex Aduocatis, status, honestatis, & habitus clericalis substituat. Quod tamē raro, & non nisi magna & ineuitabili necessitate urgente, fieri debet, ne hac ratione & authoritas iudicij nostri minuatur, & expeditio eaurarum impediatur, & quandoque contingat, eundem simul & iudicis & aduocati munere in eademi causa fungi: quod iuri consentaneum non esse, nemo non intelligit.

Porrò, ut ipsem Officialis noster, ineuitabili impedimento cesse, omnibus iudicialibus audientijs personaliter adesse & præesse debet: ita quoque Procuratores & Notarios iusta seueritate compellet, ut personaliter, & iusto tempore ad iudicium veniant, & in loco stationeque usq; in finem audientiæ consistant, non etiam absq; venia e iudicio & loco suo discedant.

Seriò quoque mandabit, & curabit, ne quis strepitus aut clamor in publica audientia excitetur, & ne quisquam in sacro sancta iustitiae officina immodestis vociferationibus, rixis, probris & conuictijs, vel ipsum iudicem, vel quemuis alium impetat & obtuac. Transgressores secundum qualitatem delicti seuerè mulctabit.

Vtquè iustus Ordo seruetur, & superfluitas omnis evitetur, & Procuratorum verba dictata, vel producta Notarij eo commodius & accuratius assuequi & annotare possint: obseruabit, & curabit Officialis noster, ut quilibet Procurator tum demum cum ordo ipsum attingit, ea duntaxat quæ ad causam faciunt, vel in scriptis vel etiam (dummodo paucissimis verbis id fieri possit) viua voce modestè, perspicue, & dilucidè proponat: ab inanib. vero & superfluis verbis, & prolixis verbalibus propositionibus, omnibusq; non necessarijs actibus, & superfluis submissionibus se prorsus abstineat. Contrauentientes vel in expensis moræ ex sua crumena, & sine partium dispendio pendendis, condemnabit, vel alia arbitraria poena, Fisco nostro inferēda puniet.

Ipsem Officialis noster diligenter auscultabit, & patienter respondebit, & in leuibus iudiciarijs actibus actorum vel protocolli inspectionem & deliberationem non requirentibus, contentim viua voce decreta proferet.

Laillis

CVRIAЕ COLONIENSIS.

In illis quoque causis quæ moram non admittunt, sese ex protō. collo, non expectata actorum completione, proferendis decretis in. formari faciet.

A Procuratoribus submittentibus siue adiurā, siue ad iudiciale de- cretū inter locutoriamq; sententiam ferendam, se referentibus sex tantum albos (nisi grauitas causæ & magnitudo actorum aliud po- stulet) recipiat, quos is præstabit, qui per interlocutoriam iniustè se ad lura retulisse conuincitur. Ita vt si res ista probabili dubio non caruerit, pars succumbens eos præstet; sin verò prorsus temerè & su- perflue submissio facta fuerit, ipsemēt Procurator de suo eos soluat.

Aduocatos diligenter & benignè audiat, ijsque humaniter & placide respondat, instructiones iuris custodiat, dubia non necessa- tria omittat, decreta non conditionalia, sed pura & certa, quoad eius fieri potest, post submissionem & presentationem actorum vel pro- tocolli, citra longiorem protractionem proferat. Dilationes arbi- trarias, quantum fieri potest, abbreviari curet.

Responsiones partium, & examina testimoniū, à quibus ferè semper tota causa dependet, ipse audiat; aut impeditus, non passim omnibus, sed probstantum & circumspicitis seu partibus id potentibus, alicui Aduocato, nobis iurato, non suspecto, ac Notario causæ com- mittat.

Ciuitatem Colonensem pro examināndis testimoniis, vel aliam ob similem causam, nisi ex permisso nostro, non exeat, ne inde partes di- spendio & grauissimis expensis grauentur.

Alias quoque commissiones, aduocationes, vel alia officia à con- sistorio nostro, & causis in eodem pendentibus, eum retrahentia, & celerem earudē causarum expeditionem impudentia, non acceptet.

Nec precibus, nec precio, nec odio, nec fauore, nec minis, nec ex- tra iudicialibus scriptis, ad ipsum fortè datis, se terreri, nec ullis alijs rationibus, quæ iuri & hisce statutis nostris consentaneæ non sunt, impediri patiatur, quo minus liberè & intrepide in causis coram se pendentibus procedat, & iustitiam administret, & scripta extra iudi- cialia sibi transmissa non temere iudicaliter exhibeat, & actis inseri faciat, sed potius mandet, vt quilibet debita forma necessaria iudicaliter proponi faciat. Volumus quoque & seuere mandamus vt cau- fas in prima instantia deleget, vt ad minimum duæ instantiæ in con- sistorio nostro seruentur, nisi pro causæ & personarum litigantium qualitate ipsi aliquando aliter faciendum videatur.

In excommunicando & absoluendo, summam maturitatem & grauitatem adhibeat. Quamuis enim excommunicationis gladius heruuis sit Ecclesiasticæ disciplinæ & ad continendum in officio po- pulum valde salutaris, sobriè tamen is magnaue circumspitione

B 2 exercen.

REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

4
exercendus est. Cùm experientia doceat, si temerè aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni quam formidari, & perniciem potius parere quam salutem.

Quapropter statuimus & volumus, vt Officialis noster excommunicationis poenam, non temerè alicui infligat, nisi publicè criminoso vel manifestè contumaci, quem non facilè alio remedio, quam hoc spirituali gladio corrigere, & compescere possit.

Quandocunq; igitur vel per multas pecuniarias, vel per captiō nem pignorum, personarumque distinctionem, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia contra delinquentes & contumaces, commodè personalem vel realeni executionem facere potest; non temerè quemquam anathematis mucrone feriet. Si verò dictæ executioni facile locus esse non possit, & delicti & contumacię grauitas id exigat, licebit illi, præcedente canonica monitione, Ecclesiasticas censuras, causa cognita, proferre & infligere.

Non scribant igitur posthac Notarij nostri yllas excommunicationis literas, nisi ex Officialis nostri speciali cognitione & mandato.

Et quo id maturius & maiori cum deliberatione fiat, Officialis noster Notarijs communibus sub grauissimis poenis præcipiet, sicut nos iisdem tenore præsentiunt præcipimus & mandamus, ne ipsi vel eorum aliquis, posthac aliquod mandatum excommunicationis, seu declarationis sententiam continens, contra quempiam, nisi prioribus mandatis in personam citati, moniti, contumacis reputati, aut alias legitimè executis, quovis modo dent, siue tradant.

Quod si secus fecisse, aut excommunicationis literæ, ipsorum viatio nulliter extractæ comperiantur, statim Officialis noster eos cōtrā facientes expensis proprijs, nulliter excommunicato absolutionem, cum expensarum viatici, & damnorum passorum restitutione, absq; ylla mora, aut procrastinatione, aut etiam citra aliquod appellatio nis remedium, impetrare realiter & cum effectu compellat.

Et præter hoc, ipso factō, quoties in hoc statutum nostrum aliqui commiserint, in multam vnius floreni aurei, Fisco nostro incontingenti soluendam, damnatos cogiatq; compelli mandamus.

Si vero, hisce poenis & mulctis nō attentis, aliquis eorum denuo, vel etiam tertio, contra hoc statutum fecisse conuictus fuerit, præter prædictam multam, etiam suspensionis vel priuationis officij poenas, arbitrio Officialis & Sigilliferi nostri infligendas, patietur.

Cùm autem ex speciali decreto & mandato Officialis nostri ex communicatione decreta, sigillata & executa est: non temerè vel ipse met Officialis vel Sigillifer, & multo minus aliis Prælatus, falcam in nostram iurisdictionem mittēs ex officio vel ad cautelam, aliasq; leuiter & facilè eandem tollet & relaxabit; sed ea quoque in re Officialis

CVRIAE COLONIENSIS.

s

cialis noster, non minùs quàm in censuris infligendis debitam matu-
ritatem adhibebit.

Id quoque in interdicto ponendo seruari præcipimus, Et tanto
magis, quanto hæc est censura durior, & latius sece extendit. Ideoque
non cōcedetur Interdictum Ecclesiasticum faciliter, sine magna cau-
ſe cognitione, ne innocentēs indebitē opprimantur. Sed moneantur
prius iudices, vt intra certum tempus Reum ad obediendum, & rea-
liter parendum, legitimis modis, prout infrā suo loco præscriptum
est, compellant.

Officialis & Sigillifer noster debent quois tempore, Ecclesiasti-
ci consistorij nostri personas, negligentia, lapsuum, erratorum, &
& transgressionum suarum arguere, mulctare, ac pro qualitate per-
sonarum ac transgressionum, punire, mulctas quoq; tales per Fiscum
nostrum extorquere, nec vlla de causa remittere.

Officialis noster non citra diligentem causæ examinationem &
cognitionem, Inhibitionis literas contra iudices seculares, ad libe-
randum Reos in vincula coniectos, & in criminibus notorijs com-
prehēsos, nec pro tuitione rerum seu bonorum illorum hominū,
qui conscientia malæ causæ, ex Diœcesi nostra te reddunt fugitiuos,
decernat.

Ad hæc, cùm satis compertum sit, vſisq; & experientia docue-
rit, nōnunquam ab Officiali nostro in causis alibi corā iudicibus lai-
cis cœptis & introductis, inhibitionū mandata, tacita huiusmodi li-
tispendentia, impetrata esse, ac deinde vbi pro parte Rei, & conuenti
præuentio, & litispendentia obijceretur, ex parte impetrantis contræ
eisdem ad impediendam remissionem causæ, copiosè & prolixè ex-
ceptum fuisse, adeo & in tantum, vt super eiusmodi litispendentia &
præuentio articulo, opponens ne dum immensos sumptus sit per
pessus, verum etiam aliquot anni, antequam suum ius prosequi po-
tuerit, in ipsius non leue damnum sint elapsi: idcirco vt iudicia vbi
cœpta, ibi & suum sortiantur finem & exitum, mandamus Officiali
nistro, vt producto vel viso documento litispendentia, (de qua vel per
Præconis seu Nuncij iurati, relationem seu citationem scriptam exc-
cutam, seu arrestum non clam & dolosè, quemadmodum in plerisq;
tacitis arrestis fieri consuevit, sed ritè & legitimè factum & insinua-
tum constet) sigillo iudicis aut magistratus coram quo eo modo
causa inchoata & cœpta est, munito mox atq; incontinenti causam
ad istos iudices vbi cœpta est (nisi sit Ecclesiastica, vel exceptio contra
documentum litispendentia intra octo dies à tempore receptæ co-
piæ proponenda, notoriè in iure fundata existat) remittat & partem
impetrantem in expensas omnes simul ac damna liquidanda, per op-
ponentem perpeſſa condemnnet, nec non poena extraordinaria Fisco
nostra inferenda puniat.

Nō male observatur

A. 3. 1. 1. Et

6 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

Et ne in posterum in præiudicium litis alibi pendētis quicquam
fiat, nostriq; subditi cum grauissimo ipsorum disp̄endio, in vna ea-
demq; causa, ad diuersa tribunalia trahantur, Officialis noster nul-
las deinceps inhibitiones decernat, nisi partes principales, vel Procur-
atores ex speciali mādato (de quo per publicū instrumentū seu ali-
as probabiliter cōstet) in animas partī iurēnt, super ijs, que in quere-
la continentur, alibi coram iudice seculari litem non pendere.

Non credo Ave unquam servatum fuisse, sed male. In causis verò coram illo pendentibus, nullas posthac inhibitio-
nes, nisi in iudicio, & parte aduersa vel illius Procuratore præsente,
et auditio, decernatur.

Postremo statuimus & volumus, ut Officialis noster in deciden-
dis & definiendis controuerſijs, non propriam opinionem, vel singu-
larem huius vel illius iuriſperiti sententiā, sed canones, leges, & com-
munes receptasq; iuriſperitorum sententias, laudabilesq; & appro-
batas consuetudines, & auctorum fidem sequatur.

DE SIGILLIFERO, ET SVBSIGIL- lifero, eorumque officijs.



VIA Sigillifer noster Officiali nostro in partem sol-
licitudinis adiunctus est; volumus & mandamus, vt
vnum alteri in propugnanda & promouenda nostra
iurisdictione, sedulò & diligēter tam publicè quam
priuatim assistat, atq; coniunctis cōſilijs rationibusq;
omnibus, iurisdictionem nostram, cōtra violatores
& turbatores, quantum in ipsis est, tueantur & defendant; vel si qua
perturbatio vel causa grauior incidat, cui obſistere & mederi nō pos-
sint, hoc ipsum tempestiuē ad nos referant.

Vtq; iudicialis audientia eo magnificentius & modestius serue-
tur, & non tantum Officialis, sed & Sigillifer noster, defectus, negli-
gentias, vel excessus, & transgressiones Procuratorum & Notariorum
oculata potius fide, quam ex aliorum relatione, deprehendere, argue-
re, corriger, & punire possit: mandamus, vt Sigillifer noster hora au-
dientiae in consistorio nostro mature compāreat, & diligenter obser-
uet, ne quicquam contra hæc nostra statuta committatur.

Per se, aut Subsigilliferum acta circa extensionem, modum & for-
mam inferius descriptam, nec non obſeruationem terminorum, &
alia huius generis reuideat, an videlicet nullitates aliquæ admisse, an
ea forma qua debet, absq; superfluis titulis, inutilibus synonimis, &
repetitionibus per Notarios sint scripta, & eos ipos Notarios in cō-
ſcriptione auctorum delinquentes, pro modo culpæ, negligentia, vel
delicti, habito consilio Officialis nostri corrigat,

Nec

CVRIAE COLONIENSIS.

7

Nec tantum iuratas personas consistorij nostri, in officio continet, sed & aliorum nostrorum subditorum excessus seriò corriget & puniet.

Vt notoria tam clericorum quam laicorum, præsertim vero Presbyterorum, atq; aliarum Ecclesiasticarum personarum crimina siue excessus, quæ in scandalum vergunt laicorum, temporali aut perpetua suspensione, vel alia aliqua poena canonica pro modo culpæ & delicti corrigat.

Vtq; crimina & excessus, quorum correctio ad Officialem & Sigilliferum nostrum pertinet, ad eorum notitiam. Non tam per malevolos delatores, quam per prouidios, honestos, & fide dignos homines perducantur, decessorū nostrorū, præsertim Theodorici & Henrici, Statuta renouātes seriò monemus, & per præsentes hortamur, vt non tantum membra consistorij nostri Ecclesiastici, sed & omnes & singuli Plebani seu Ecclesiarum Rectores: imo & omnes iudices, scriptores, & præcones secularium iudiciorum nobis subiectorum Officiali, vel Sigillifero, vel Fiscalibus nostris notorios cleri vel populi excessus, ad correctionem Officialis & Sigilliferi nostri spectantes, veluti si clericus vel ludimoderator aliquod delictum correctione dignum committat, vel laicus fidem & religionem Catholicam, & Ecclesiæ statuta notoriè violet, & saltem semel in anno in festo Paschatis proprio sacerdoti non confiteatur, & iuxta ritum Catholicæ Ecclesiæ Sacramentum Eucharistiae ab eo non percipiat, Ecclesiam suam parochialem debitibus temporibus non frequenter, ab apostatis alijsq; sectarijs sacramenta percipiat, clandestinum aliásve illicitum matrimonium contrahat: aut ab alio quam suæ parochiæ pastore aut facellano, sine præcedentib. tribus proclamationib. debito tēpore in facie Ecclesiæ solennizari faciat: vel adulter, aut concubinarius, aut usurarius manifestus, vel reatu periurij irretitus, vel sacramento rum & Ecclesiasticarū censurarū contemptor sit, & in notorijs criminib. vt potè incestu, heresi, blasphemia, sacrilegio, effractionibus & violationibus Ecclesiarū, cœmpterorū, & immunitatū, & in delictis similibus perseveret, & id genus alios excessus, viua voce, vel in scriptis, finon palam, saltem occulte & secrète referant & significant.

Porro Sigillifer noster summo studio curabit, vt hi similesq; excessus, tā clericorū, quam laicorum, citrā dissimulationem vel connuentiam ullam, condignis pœnis castigentur & corrigantr: atq; sedulo obseruabit, ne Archidiaconi, seu aliæ tam Ecclesiasticæ, quam seculares personæ, inferiorem iurisdictionem habentes, contra decessorum nostrorum Adolphi, et Henrici, statuta, in iurisdictionem nostram falcam suam mittant, et de causis ad nos et Consistorium nostrum Ecclesiasticum, de iure vel consuetudine spectantibus, sese teme.

3 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

temerè intromittant. Quod si contrarium factum fuerit, Sigillifer noster vel in contrauenientes pœna legitima animaduertet, vel si delicti aut scandali grauitas id exigat, non obstante inferiorum iudicium pecuniaria correctione, contra iura & canones facta, ipsos delinquentes denuo pœnis & censuris canonicas ita puniet, vt tandem resipiscant, & reatum suum deplorent, atq; relinquant: vel extra communionem Sacramentorum & vitæ communis ponantur: & si nulla alia via corrigi possint, ad seculares officiatos & iudices remittantur, & per eosdem seuerè puniantur: vel si ne hac quidem via, id efficeri possit, ex tunc refugium suum ad nos sumant, vt è dioceesi nostra expellantur, & ejciantur potius, quam cum infirmorum scādalo ob quamcunq; causam ferantur ac tollerentur.

In testamentis quoq; approbandis & exequendis, alijsq; ad officium Sigilliferi de iure & consuetudine spectantibus, diligentem & sedulum Sigillifer noster se præbebit. Accedentes, quantum iustitia & ratio patitur, placidè, humaniter & celeriter audier, & expediet.

Sigillum nostrum per se, vel subsigilliferum suum fideliter custodiat, eoq; ad nullas alias causas, præterquam ad eas, in quibus ab Officiali vel commissarijs nostris decretum est, vtatur.

Per seipsum, vel per subsigilliferū in loco iudicij, quantum fieri potest, comparebit, & partibus potentibus, mandata absque mora sigillabit.

Secreta iudicij negotia nemini patefaciet, nec temerè ciuitatem nostram Colonensem egredietur.

Subsigillifero quoque seriò iniunget, vt secreta iudicij non reuelent, vni litigantium aduersus alterum consilium non præbeat, nec ciuitatem nostram Colonensem, nisi necessitate urgente, egrediatur: & necessitate eius profectionem exigente, sigillum nostrum Officiali vel Sigillifero nostro tradat.

DE ADVOCATO FISCI.

A Duocatus Fisci nostri causas nostras, quas illi commisimus vel committemus, quasq; Fisci nostri Procuratores ratione officij ad ipsum deferent, ea qua decet promptitudine, fide, dexteritate, & sedulitate, suscipiet, ac in nostrum, Fisciique nostri usum & utilitatem exequetur. Dabitq; operam, vt Procuratores Fisci, copiam ipsius semper habere queant: vtque causæ Fiscales debitè instituantur, & peragantur, diligenter animaduertet: In conficiendis materijs exhibendis, non tardum, sed celerem se præbebit, eritq; sollicitus & vigilans, in causis & negotijs nostræ iurisdictionis, vt eo nomine nobis iuramentum præstabit.

DE

CVRIAECOLONIENSIS.
DE FISCALIBVS.

Statuimus ut in posterum duo ex Fiscalibus aulæ nostræ Archiepiscopalis Coloniensis sint clerici, à matrimonij nexu liberi, aliasq; bonæ famæ & honestæ vitæ: vtq; iij in Ecclesiasticas personas delinquentes præcipue animaduertant. Reliqui vero duo Fiscalès laici, honestæ quoque vitæ erunt, & crimina atq; excessus laicorum diligenter inuestigabunt, & criminosos fideliter Sigillifero nostro denunciabunt, & de illius consilio contra eosdem diligenter ad mulctam procedent.

Omnibus quoq; Procuratoribus Fisci nostri prohibemus, ne paucim contraria omnes delatos, nisi præcedentibus legitimis indicijs, inquirant, sed contra eos tantum, quos legitima ac frequens grauat infamia, procedant: neq; aliquem processum in contradictorio iudicio, sine consilio Aduocati Fisci incipient. Mandantes, vt & in principio & quoties opus est, consilio eiusdem Aduocati vtantur, ne ex eorum incuria processum nullitatis argui contingat. Si vero secus factum fuerit, de suo litis sumptu s exoluant.

Prohibemus etiam Fiscalibus nostris, ne cum delinquentibus clanculariæ transactiones & conuentiones celebrent: neque hi absque Sigillifero nostro, neque Sigillifer absq; his vllos excessus corrigan.

Præterea Sigillifer noster curam habeat, vt Fiscales nostri processus inchoatos sedulò prosequantur, nec prætextu amicitiae, vel alterius cuiuscunq; intercessionis intermittant: Quod si illorum negligentiam, vel conniuentiam depræhendat, & moniti defectum non corrigant, ad mensis spaciū sint ipso facto absque ulteriori nostro mandato ab officio suspensi. Et si interea nihil agant, quo suspicione maculam euitent, deliberabit Sigillifer noster cum Officiali, quomodo contumaciam eorum emendet, ac iustis pœnis eos subiicit.

Et vt in corrigēdis excessībus nihil omnino intermittatur, quod celerem causarum fiscalium expeditionem promoueat, mandamus vt post hac singulis annis bis, scilicet altera die post Synodum procuratores, Fiscales, coram Sigillifero & Aduocato nostro Fisci compareant, ac rationem reddant, quomodo in causis Fiscalibus processerint, & in quo impediti fuerint, vt sic Sigillifer & Aduocatus Fisci nostri de commido iuris remedio cogitare possint.

FVRAMENTVM FISCALIVM.

Ego N. iuro, quod Reuerendissimo Illustrissimoq; principi ac domino,

B mino,

10 REFORM. IURISDICT. ECCLES.

mino, domino N. Archiepiscopo Coloniensi, eiusq; successoribus, fi
delis & obediens ero, Officiali curiæ Coloniensis & Sigillifero pro
tempore existentibus, obedientiam & reuerentiam præstabo: Statuta
& statuenda eiusdem curiæ, quantum in me fuerit, obseruabo, & in a-
lijs obseruari faciam: iurisdictionem Ecclesiasticam pro virili defen-
dam, ac si contra eam scilero attentatum, vel attentari, eius Officiali,
aut Sigillifero reuelabo, cōtra delinquentes in ipsam aut Statuta aut
canones, aut alios quoscunq; ipsi iurisdictioni subiectos, mihi super
excessibus vel criminibus per fide dignos homines legitimè delatos,
per viam inquisitionis vel denunciationis, aut aliàs prout qualitas
excessuum exegerit, fideliter ex officio, nulla interposita mora, pro-
cedam; causas dicti Reuerendissimi Principis mei Archiepiscopi Co-
loniensis, necnon pauperum, viduarum, orphanorum, pupillorum,
& aliarum miserabilium personarum, dum ad id requisitus fuero,
indefensas non prætermittam: officium meum Fiscalatus & quæ ad
illud spectare & pertinere dignoscuntur, de iure vel consuetudine,
fideliter & legaliter exercebo. Sic me Deus adiuuet, & sancta Dei Eu-
angelia.

DE ADVOCATIS CAVSARVM
que Commissarijs.

CVm ad celerem causarum expeditionem non parum momenti
habeat, eos Aduocatos ad instituendas, defendendas, & dirigen-
das causas adhiberi, qui & probi, & docti, & diligentes, & nostræ iu-
risdictioni ita astricti sint, vt ab Officiali nostro, exigente eorum ne-
gligentia, vel culpa, corrigi vel puniri possint: statuimus & volumus,
vt posthac nemo in consistorio nostro Ecclesiastico, aduocationis
munere fungatur, nisi sit honestæ vitæ, & sacrosanctis Catholicæ re-
ligionis imbutus mysterijs, & in catholica aliqua vniuersitate ad mi-
nus quinquennium, iuri operam dederit, & in ea, vel in doctorem,
vel licentiatum iuris Canonici vel Ciuilis promotus sit, & deinde co-
ram Officiali nostro sequens iuramentum præstiterit.

Quo semel coram Officiali nostro præstito, in consistorio nostro,
etiam post matrimonium contractum, dummodo in Catholicæ fide
& religione perseverauerit, & correctioni Officialis nostri sēnō sub-
traxerit, aduocati & assessoris officium exercere poterit.

Porrò aduocati in principio causæ, partes non tam fallaci & te-
meraria victoriæ promissione ad litigandum incitabunt & inducent
quam ipsis consulent, vt litem cuius euentus dubius est, quantum fie-
ri potest, vitent, amicabilem compositionem iudicariæ contentioni
præpo.

CVRIAECOLONIENSIS.

ii

præponant, & diligenter prius considerent, an etiam intentionem suam probare possint.

Si intelligent partibus ius vel probationes omnino deficere, easque ad vexandos aduersarios malas desperatasq; causas mouere, vel nullas iustas actionis vel oppositionis suæ causas habere: patrociniū suum ijsdem denegabunt, nec contra ius contraq; conscientiam tales causas fouebunt & defendant.

Si verò partes iustas causas habere videantur, volumus, ut Aduocati requisiți, quibuslibet contra quoslibet, cuiuscunq; etiam status & dignitatis sint, fideliter inseruant, & licitum & moderatum solarium ab ijsdem accipient.

Aduocati, Procuratores, & Notarij, pauperibus, modo supradicto, paupertatem probantibus, & iuramentum paupertatis infra scripti tenoris præstantibus, gratis inseruant, neq; se in hoc morosos & difficiles præbeant: alioqui si mandate Officiali nostro (qui in distribuendis pauperum causis, iustum æqualitatē, vt suprà dictum est, seruabit) Aduocatus, Procurator, seu Notarius aliquis nolit pauperi gratis patrocinari, aut inseruire, poterit Officialis noster ei ad arbitrium tempus officio interdicere.

FVRAMENTVM PAUPERVM.

Ego N. iuro quod tā pauper sim, vt neq; in mobilibus neq; immobilibus, vel creditis tantum habeam, vt ius sigilli, Aduocato, Procuratori, seu Notario mercedem soluere possim. Et si causam litemq; in iure obtinero, vel alias ad meliorem fortunam peruenero: quod tunc cui libet id, quod ipsi debetur, persoluam & satisfaciam, fideliter & sine fraude: Sic me Deus adiuet, & sancta eius Euangelia.

Vbi autem Aduocatus iustæ causæ patrocinium suscepit, statim in ipso litis exordio deliberet, de modo procedendi, & ad quem finem ac scopum actionem vel exceptionem partis suæ velit derigere, & hoc diligenter spectet, ac intendat, vt aptè agat, vel incipiat, necessaria tantum proponat, à superfluis cautelis, disputationibus, conuicijs cauillisq; abstineat, in conficiendis materijs celerem se præbeat, nō etiam litem industria vel negligentia protrahat, & immortalem reddere conatur: nec partes inutilibus expensis, vel iudicem superfluis & iniuriosis appellacionibus, interrogatorijs, aliisque materiis, oneret.

Quod si contrarium fecerit, & per incuriam, negligentiam, imperitiam, vel aliam illegitimatam causam ineptè & nulliter egerit, vel exceperit, vel non admittenda confecerit, vel necessaria deducere neglexerit, ita vt sua culpa pars succubuerit, teneatur parti lassæ ad refectionem.

B 2 fusio.

12 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

fusionem expensarum, & refectionem damni, & præterea Officialis noster eum poena arbitraria puniet.

Cùm Officialis noster Aduocatis causas committit, moderatis sportulis erunt contenti, & causas commissas, qua poterunt maxima celeritate, expedient.

Et quia querelæ ad nos deferuntur, quod Aduocati curiæ nostræ plerunque post præsentationem actorum & sportularum vel matrimonium contrahant, vel ad alia loca, causis non expeditis, se conferant, indeq; contingat causarum decisionem protrahi, partesq; litigantes vberioribus expensis grauari, dum loco eorum alij surrogandi, nouaq; sportulæ dandæ veniunt: huic procrastinationi causarum, & litigantium dispendijs mederi volentes, mandamus, vt Aduocati, quibus causæ per Officiale nostrum commissæ, & acta cum sportulis præsentata sunt, priusquam ad matrimonium conuolent, vel consistorium nostrum deserant, huiusmodi causas ipsis commissas, vel per sententiam decident, vel acceptas sportulas restituant.

*JVRAMENTVM AD-
uocatorum.*

EGO promitto & iuro, quod Reuerendissimo Domino nostro, Domino N. Archiepiscopo Coloniensi, &c. eiusq; successoribus ac suo Officiali fidelis & obediens ero, bonum, & honorem, profetum, & vtilitatē præfati Domini Reuerendissimi, nec nō Ecclesiæ & iurisdictionis suæ celitudinis, ad quemcunq; statū seu cōditionem, quandocunq; me peruenire contigerit, sedulò promouebo: Insuper causas quarum defensionem suscepturus sum, bona fide, ad clientulorum vtilitatem, prudēter & diligenter tractabo, nullam sinistram machinationem, fraudem dolūmue in ijs committam, neq; de quota litis paciscar, neq; interpositis callidis conuentionibus, quicquam illicite extorquebo. Secreta quoq; causarum mihi cōmissarum nulli homini pandam: honorem præterea iudicij aulæ Archiepiscopal, & eorum qui illi tribunal præsunt, vt par est, quæram. Inq; illo iudicio moderatè & honestè me geram, & ab omni immodestia, iurgijs, & conuiijs, sub poenis, multis & censuris, ab Officiali & Sigillifero infligendis, penitus abstinebo. Patrocinia quæ semel susceptero, sine iusta causa nō deseram, sed bona fide & diligentia in eisdem ad causæ susceptæ finē perseverab. Præterea in ferendis sententijs fidele consilium Domino Officiali præstabo. Causas commissas vel commitendas iuxta Statuta huius curiæ expediam. Aliasq; eadem Statuta, quatenus Aduocatos concernunt, fideliter obseruabo, & in vera antiqua Catholica & Apostolica fide & religione, in hoc Archiepisco-
patu

CVRIA COLONIENSIS.

13

patu Coloniensi, à temporibus Apostolorū & eorū successorum, ha-
ctenus in uolabilitate obseruata, permanebo. Illamq; pro meis viribus
semper defendam. Sic me Deus adiuuet, & sancta Dei Euangelia.

DE PROCURATORIBVS ET Notarijs.

Statuimus & ordinamus eos quidem qui nostro, vel prædecessorū nostrorum consensu, ante hoc tempus in communes Notarios vel Procuratores recepti sunt, sine causa huiusmodi officijs destituidos non esse, sed eorum numero per obitum, vel legitimam destitutionem, vel etiam spontaneam renunciationem diminuto, in Consistorio nostro Coloniensi, sex tantum cōmunes Notarios, & sex Procuratores recipiendos & admittendos esse: & vt honori consistorij nostri eo magis cōsulatur, posthac nulli alijs prædicta Procuratorum & Notariorum officia, quām qui non per substitutos, sed ipsi sua industria huiusmodi officiis præesse possint & velint, conferemus: ita tamen quod priusquam ullus in Notarium vel Procuratorem consistorij nostri recipiatur, Officialis & Sigillifer noster eum examinabit, & diligenter inuestigabunt, an sit Catholicæ religioni addictus, spectatae integritatis, & sufficientis eruditionis, & experientie, nec ne: & quicquid in hoc examine compererint, nobis fideliter significabunt, & nostram declarationem super admissione vel reiectione eiusdem Notarij vel Procuratoris expectabunt.

Et licet quis receptus vel admissus sit, si tamen deinde comperiat, eum vel ineptum, & minus idoneum, vel ignavum & negligenter esse, poterit & debebit Officialis noster, eum quouis tempore vel suspendere ab officio, vel destituere.

Specialius hac in parte statuimus & volumus, vt posthac quælibet pars in vna causa vnum, duos, vel tres ad summum, duntaxat Procuratores assumat, & constituat, vt & altera pars Procuratorem vel Procuratores habere & eligere possit.

Mandamus etiam & volumus, vt Procuratores, partes potius ad concordiam & amicabilem compositionem, quām ad litigandum incident & inducant.

Etsi intellexerint, litigatores verisimiliter triumphare non posse, consulante eis vt desistant.

Correctione dignos, contra Fiscum nostrum, pertinaciter non defendant.

Non instruant partes, nec illis persuadeant, ne Aduocatos Assūmant, sed potius illis consulant, vt Aduocatorum consilio & opera tempestiue vtantur.

B 3 Procu-

REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

14 Procuratores se non intromittant de his, quæ pertinent ad Adiutorios, cōficiendo libellos, articulos, & alias materias iudicialiter exhibendas. Nam si in posterum contingat illorū culpa, aut imperitia, vel processum irritari vel annulari, vel clientes suos damni affici, ipsi non solum sumptus omnes sustinebunt, verū etiam pro delicti qualitate, ab officio suspendentur, vel eodem per Officiale penitus destituentur.

Nullam materiam exhibeant, quam quæ ab ipsis subscripta sit, idque ne producta incorrecta seu mendosa exhiberi cōtingat, & in posterum iniuriosorum exhibitorum ignorantiam prætendant, seseq; à debita correctione eximere seu excusare studeant. Si enim contingat per illos in nostro Consistorio aliqua contumeliosa & iniuriosa producta exhiberi, eos pro authoribus iniuriarum & conuiciorum haberi, ac pro talibus plechi volumus.

Caveant quoq; ne aliquam causam acceptent, aut in iudicio cōpareant, nisi mandatum sufficiens ab omnibus quorum nomine cōparent, habeant. Maximè verò si pro auctore vel appellante hoc fiat. Sitamen ex parte rei vel appellati, procurator se ad cautionem admitti, ex iustis & rationabilibus causis postulet, hunc Officialis noster cū tali cautione admittere poterit; ita tamen, quod ille idem infra quin denam vel mensis spatium, pro distantia locorum, per Officiale nostrum eidem præfigendum, de sufficienti mandato doceat, sub poena refusionis expensarum, & quod parti lœsæ agenti, ratione protractiōnis mandati ad interessē teneatur.

Porrò mandata procuratoria non tantum ad declinandum forum, vel alium similem actum, sed & in euentum ad agendum & defendendum, & ad totam causam dari, nec alio modo pro sufficientibus haberi & admitti volumus.

Volumus etiam & mandamus, vt Procuratores causas quas semel cum mandato acceptarint, vsq; ad finem eius instatiæ prosequantur, peragant & defendant, & non nisi ex iusta causa, arbitrio Officialis admittenda vel rei cienda, easdem deferant, seq; exonerent.

Non temerè alios, absq; partium vel Officialis nostri scitu & cōfensi substituent, sed potius per seipso quorum industriam clientes elegisse non ignorant, causas proponant & peragant, & sic fidem promissam præstent, & partium iustè spei & expectationi satisfaciant; nā per temerarias & frequentes substitutiones, partes nō modo grauantur, sed & negliguntur, & processus nullitatis vitij arguuntur.

Tollendam ergo hanc substitutionum leuitatem, & frequentiam, & nullum procuratorem posthac pro alio, sub spe ratificationis, temerè admittendum esse censemus. Nam insistētes prædecessorum nostrorum vestigijs, volumus & mandamus, vt tam Procuratores,

40000

6

6

quam

quam omnes alij officiati in Consistorio nostro, officia sua per se ipsos potius, quam per alios exerceant, & non sine magna & ineuitabili necessitate, & venia impetrata, se absentent, & eo etiam casu quo legitime impediti, consensu & permisso Officialis nostri absunt, alios Consistorij nostri Procuratores coram notarijs nostris fideliter & breuiter id in iudicio relaturis, ad sententiā diffinitiuam inclusuē semper substituere teneantur. Quia ob illorum absentiam, iustitiae administrationem impediri, vel differri nolumus.

Porro Procuratores singulis diebus iudicibus tēpestiuē in iudicio cōpareant, in suo loco & ordine ad finem usq; consistant, alijs proponentibus taceant, & auscultent, ab immodestis vociferationib; ludicris, iocis, vanis colloquijs, & confabulationibus mutuis, sub poena vnius marce Coloniensis, in continenti per Fiscales nostros exigendae, vel etiam sub grauiori arbitraria poena prorsus abstineant.

In licentiam conuiciandi, & maledicendi, temeritatem non prouumpent, sed modestē & sine ullis rixis, probris, & conuicijs causas proponent, & defendant, alioqui poena vnius floreni aurei in continenti deputato exactori Fisco nostro, ante omnia, & priusquam audiuntur soluendi, punientur. Si secundo huic nostro statuto contrauerint, præter eandem poenam, grauiori quoq; arbitraria poena multabuntur. Si tertio hac in re peccauerint, à consistorio nostro ipso facto, non citra infamia notam, amouebuntur.

Secundū ordinem quo collocati sunt, causas suas distincte, clare, & paucis ad rem facientibus verbis, in hunc vel similem modum proponent: In causa inter A & B reproducō realiter mandatum executum, acause contumaciam, & peto vigore reformationis, ulteriora. Vel: Exhibeo mandatum, procuratorium, libellum, replicam, vel aliquid scriptum, & peto ex aduerso terminum contradicendi statui. Si vero cause qualitas, plura verba requirat: ne hac occasione audientia nimium protrahatur, & Notarij superfluis dictatis obruantur, in scriptis exhibeant.

Similiter & Rei Procurator duntaxat h's & similibus verbis vtaur: Compareo pro N. cum protestatione de non consentiendo, nisi, &c. & peto copiam ex aduerso productorum, & terminum contradicendi: vel, Exhibeo hoc mandatum, procuratorium, vel hanc exceptionem, duplicam, vel aliam scripturam, &c.

Actoris Procurator litem affirmatiuē contestari volens, vel his verbis vtetur: In hac causa repeto actionem meam, & peto fieri prout in eadem petitum est. Vel: Dico actionem meam esse veram, & prout in eadem petitum fieri debere, animo litem contestandi affirmatiuē, saluis iuris beneficijs.

Sed Rei Procurator litē negatiuē contestari volens, breuiter dicet:

In

In causa A contra B actionem diffiteor, petens me ab ea, cum refusione expensarum absolui. Vel: Dico narrata, prout narrantur, non esse vera, & petita prout petuntur fieri non debere, animo litem contentandi negatiæ, saluis iuribus & defensionibus, suo loco & tempore producendis.

Iuramentum calumniæ, & quodlibet aliud iuramentum, non leuiter & irreuerenter, sed qua decet religione, deuotione & reuerentia, solenniter omnibus & singulis capitibus illius clare & aperte recensisit, & reuerenter, factis sanctis, Procuratores praestabunt. Nimirum: Quod credant se bonam causam habere, & non necessariam dilationem, vel prorogationem causæ non petent: quodque super omnibus de quibus in iure interrogati fuerint, veritatem respondebunt, falsa probatione non vtentur, neq; cuiquam, contra iuris dispositio- nem, quicquam ut sententiam obtinere possint, dare aut promittere velint.

Quoties autem grauitate negotij, aut necessitate exigente, Procuratores iuramentum malitiæ praestabunt, iurabunt simili deuotione & reuerentia, in partis suæ ac propriam animam, (si quidem illud sua conscientia facere possint) quod illa quæ proponunt & petunt, non fraudulenter & malitiæ, nec ad differendam causam, sed tantum necessariæ faciant, & ad hoc faciendum à parte sua informationem & mandatum speciale accéperint.

Interim tametídecessorum nostrorum vestigijs insistentes, Procuratores moriemus, ne in exigendis malitiæ & alijs iuramentis, faciles sint.

Porrò, ut Procuratores ab omnibus intutilibus & superfluis actibus, & submissionibus abstinere debent, quemadmodum supra sub titulo de Officiali, disposuimus: ita terminos substantiales non omittent quidem, sed tamen in eorum obseruatione paucis, ilisque aptis, verbis vtentur.

Præcipue vero in termino ponendi & articulandi, vel libellum loco positionum & articulorum tribus verbis repetent, vel ulteriores articulos super contentis libelli, non etiam super materia aliena fundatos, realiter & in scriptis exhibebunt, & post hunc terminum non temerè ad plures additionales vel super additionales articulos exhibendos admittentur, ne ex hac re confusio turbatioque processus inducatur.

In termino ad dicendum contra articulos, non temerè & absque legitimis & veris causis articulos impugnabunt, & si iustas contradicendi causas habeant, non illas verbotenus, per generalia contra, sed in scriptis, cum dilucida specificatione earundem causarum, propo- niunt.

Non
ni

CVRIAECOLONIENSIS.

17

Non instruent partes, ut vel insufficienter, vel minus verè ad articulos respondeant, vel id quod verum esse sciunt, contra conscientiam negent.

Si verò sufficienter responsum sit, non temerè contra responsiones excipient, sed via regia ad vleriora procedent. Sine magna & legitima causa partes suas non incitabunt, nec inducent ad appellandum, præsertim ab Interlocutoria, quoniam per hoc partes nimium grauantur.

Nec ipsi moram aliquam dilationemque malitiosam ad prorogandam protrahendamq; causam quærent, nec partes ad hoc faciendum instruent.

Ad probationes necessarias, quantum fieri potest, properabunt.

In prima, secunda, vel ad summum tertia dilatione probandi, testes produci, & quatenus fieri possit, examinari facient, sciētes se quartam dilationem sine solennitate iuris non obtenturos.

Non instruent partes, ut vel Interrogatoria, vel Iura superflua, & nihil ad causam facientia exhiberi, vel effrenatam testium multitudinem temerè examinari faciant.

Terminum producendi omnia, saltem vbi per testes aliquid probandum est, non tam statim post seruatum terminum dicendi contra articulos, quām post examinatos testes, & eorum dicta publicata, statui petent, & obseruabunt, realiter potius, quam nudis verbis iura & documenta partium producendo.

Et deinde termino ad dicendum contra omnia producta seruato, quantum fieri potest, ad conclusionem causæ properabunt, & aucta non nisi sigillata Officiali nostro celeriter præsentabunt.

Cumq; varijs terminorū continuationibus partes litigantes maximè grauentur: Seriò vetamus atq; prohibemus, ne posthac quisquam Procuratorum vel partium, huiusmodi continuationes temerè peccat, nec Officialis noster illas, nisi ex magna causa, admittat.

Illum quoque abusum abolendum tollendumq; censemus, quo Procuratores materias imperfectas exhibere, & deinde terminum reportandi easdem colligere consuetierunt. Prout tenore præsentium eundem tollimus, & abrogamus; mandantes Officiali nostro, ne huiusmodi terminum in posterum det vel concedat, sed Procuratoribus hac Ordinatione nostra iniunctum sit, vt materias perfectas una cum copia propria manu subscriptas exhibeant, nec aliter ad termini obseruantiam admittantur.

Mandamus etiam seriò, vt Procuratores pecuniam, quam à partibus accipiunt, iuxta voluntatem partium fideliter distribuent, & partibus eo nomine verum & legalem calculum, sub pœna priuationis ab officio reddant.

C

Nullum

Nullum contractum seu pactum de quota litis, cum clientibus li-
te pendente ineant, sed suis salarijs contenti sint:

Cauebunt etiam sedulo, ne inutilibus terminis acta multiplicent,
& expensis superuacuis partes grauent, sub poena lacerationis acto-
rum, suis sumptibus rescribendorum.

Volumus etiam ut operam dent Procuratores, vt æqualitas in di-
stribuendis causis inter Notarios seruetur, neq; vnu Notarius tertio
per eundem Procuratorem adeatur: aditus statim ad cōscribendum
acta subarretur, & quando acta conscripta sunt, laborent, vt à partibus
redimantur; Qui negligentes in hoc reperti fuerint, per Officiale
nostrum poena suspensionis mulctentur.

Postremò quia animaduertimus, omissa metropolitana Iurisdi-
ctione, ex Ducatu nostro VVestphaliæ, interdum appellations dire-
cta ad superiorē deuolui, idq; vel malitia partiū, vel Procuratorum
ad hoc excogitatis sinistris adinuentis euenire. Ut igitur & hisce cal-
lidis machinationibus obuiam eatur, mandamus Officiali & Sigilli-
fero nostro, vt quamprimum huiusmodi conatum depræhenderint,
statim Procuratorem & Notarium ab officio suspendant, donec pro-
cessum reuocent, & appellations gradatim introducant.

FVRAMENTVM Procuratorum.

EGON. promitto & iuro, quod Reuerendissimo Domino no-
stro, Domino N. Archiepiscopo Coloniensi, eiusq; successori-
bus, ac Officiali huius consistorij, fidelis & obediens ero, officium
procurationis ad commodum & vtilitatem partium, diuitum qui-
dem pro moderato salario, pauperum verò propter Deum diligen-
ter, fideliter, & legaliter exercebo, causas desperatas non assumam, &
postquam tales esse sciuerò, omnino non defendam; Iurisdictionem
Reuerendissimi pro posse & nosse promouebò, causas & partes ad a-
lia tribunalia non traham. Omniaq; & singula Statuta & Ordinatio-
nes Curiæ Coloniensis, officium Procurationis conceruentia & con-
cernentes, quantum in me erit obseruabo. Et in vera, antiqua, Catho-
lica & Apostolica fide, & religione, in hoc Archiepiscopatu Colo-
niensi, à temporibus Apostolorum, & eorum Successorum, hactenus
inuiolabiliter obseruata, permanebo: Illamq; pro meis viribus sem-
per defendam. Sic mè Deus adiuuet, & Sancta Dei Euangelia.

DE

DE NOTARIIS.

Quod ad Notarios Consistorij nostri attinet, decessorum nostrorum vestigijs insistentes, mandamus & volumus, quod in prima Citatione vel monitorio emitendo, specificè rē vel causam & summā, seu quantitatē debiti, ad quam actor agere intendit, quātum fieri potest, pure, simpliciter & disertis verbis designabunt, ut Reus deliberare possit, an cedere vel contendere velit, sub pœna lacerationis.

In quo & illud attendent, vt causam debiti exprimant, videlicet an recognitum, iudicatum, vel confessatum sit, sub simili pœna lacerationis.

Nullū mandatum respondendi subscribent, nisi prævia reali, ac judiciali exhibitione Libelli, siue petitionis, & iuxta tenorem huiusmodi Libelli aut petitionis, mandatum ipsum extendent.

Nulla mandata, per Procuratores seu Causarum sollicitatores conscripta, subscribent, sub pœna decem florenorum aureorum, quotiescunq; præmissis contrauentū fuerit, Fisco nostro applicandorum.

Volumus quoq; & ordinamus, vt statim comparitione & oppositione, in quibuscunq; causis facta, Notarij ad conscribendum acta subarentur, & per hoc officium eorum excitetur.

Postquam in omnibus causis, maximè verò in causis iurisdictiōnis legationis Apostolice, partes sine mora expediri volumus: propterea Notario eiusdem iurisdictionis iniungimus, vt celeriter conscribenda conscribat, & præfertim primum Mandatum à requisitione patris uno die, & similiter alias literas & manda, sub simili pœna decem florenorum aureorum & suspensionis, cito absoluat.

Notarij in omnibus audientiis personaliter aderunt: Quod si ex ineuitabili & urgente causa impediti sint, permisu Officialis alium Notarium iuratum Consistorij nostri, & non extraneum, ea vice tantum substituent.

Tam Notarij, quā Procuratores posthac Officia sua personaliter exercere, & nullum aliud munus vel officium, per quod à Consistorio nostro impediri & auocari possint, administrare debent.

Nec ratione examinandorū testium in Causis in iudicio nostro nō pendentibus, vel in quibus Officialis noster in iuri subsidium non est imploratus, nec ratione dieatrum alibi seruandarum, nec similes ob causas à iudicio nostro Notarij sese absentabunt, nisi cum consensu Officialis nostri, alios iuratos Notarios Consistorij nostri, expēs suis, substituerint. Quod si quis (infirmitatis aut alia rationabili Officiali nostro probata causa seclusa) absq; Officialis nostri licentia speciali, pertinaciter, vel aliā absens à suo officio extiterit, hunc ipso facto suspensum, tenore præsentis statuti declaramus.

Notarij nullos agnos, eis absentibus celebratos, nec alia ab eis personaliter non audit a nec visa, subscriptent; & si quis Notariorum iuratorum pro aliò scripscerit, aut protocollauerit, ille idem quoq; hoc subscriptet.

Acta judicialia, attestations testium, mandata & alia conscribenda, summa fide, sedulitate, & celeritate conscribent.

Diligenter examinabunt mandatorum executiones, an videlicet debite in personam executa sint, nec ne: Nec vltiora conscribent mandata, nisi prioribus debite executis & in iudicio reproductis. Et si compererint iam tres menses à die executionis lapsos esse, vltiora non scribent, sed vltimum mandatum renouabunt per transfixum.

Interpellati & subarrati pro cōscriptione vel completione actorum, non different acta conscribere, sed intra triduum decem folia cōficien, & ita deinceps secundum numerū foliorum ascendendo, quam primū Acta absoluunt. Qua in re si negligentes fuerint, Officia lis & Sigillifer citra vllam connuentiam, causam istam ex eorum manibus eripient, ac alijs Acta conscribenda committent, vel Notarios negligentes ab officio suspendent.

Acta seu regista debitè, correttè & distinctè per se ipsos, vel peris doneos, peritosq;, & Officiali ac Consistorio nostro, de non reuelandis secretis cause, vel testium dictis, iuramento obstrictos familiares aut ministros conscribent.

Et acta conscripta ipsi Notarij diligenter perlegere & examinare, & si forte aliquid in ijsdem erratum seu omisum sit, vel cum Protocollo non conueniat, hoc ipsum sincerè, & fideliter, sine mora, corriger & emendare debent, sub poena lacerationis actorum damno suo, & pro qualitate negotij, sub alia quoq; arbitraria poena.

Quia verò vsus paulatim inoleuit pro facilitori expeditione causarum, quod acta per modum terminorū sine aliqua extensione protocollis extrahantur, Iuraq; suis loco, terminis & recessibus subijciantur, licebit deinceps ad eundem modum in prima instantia in leuibus causis, summam centum florenorum aurorum, non excedentibus, quatenus partes, vel earundem Procuratores id petant, Acta cōscribere.

Ita tamen ne circa extractiones terminorum longiores fiant linex, quam circa registrationem, sed omnia ex qualibus lineis debitè & celeriter expediantur.

A familiaribus suis, qui Copijs vocantur, insurandum exigent, qui donec apud ipsos morabuntur, nullarum Causarum, in quibus ipsi Notarij sunt, sollicitatores esse velint.

Multo autem magis ipsi Notarij à sollicitatione & directione causa.

CVRIAЕ COLONIENSIS.

23

Causarum, in quibus scribæ sunt, abstinebunt, sub poena priuationis.

Cumq; subditi nostri & litigatores grauissimas & verissimasque relas nobis obtulerint, quod Notarij nostri in conscribendis actis sint non modo quo ad Synonimorum nominum, cognominum, & dignitatum, sed etiam commissionum, rescriptorum, querelarum, mandatorum, Libellorum, Articulorum, Instrumētorum, Appellationum, Interrogatoriorum, aliorumque productorum & iurium, cumulationem & repetitionem, priuati sui lucri causa, ad tedium & nauseam usque prolixitatis studiosi, ut litigatores per hoc ad extremam quandoq; paupertatem redigantur, & iustas actiones earumque prosecutiones deserere cogātur: nos summo huic malo obuiam ire volentes, districte præcipimus atque mandamus, ut posthac Notarij in causis minimis, quæ decem florenos aureos Rhenenses non excedunt, acta solennia neutiquam conscribant, sed tantum per modum protocolli terminos breuissimos annotent.

In alijs vero causis acta quidē formalia conscribent, sed tamen ea quoq; in re à superflua & nimia extensione & multiplicatione inutilium idemue significantium verborum, omnino abstinebunt.

Ita vt in principio actorum his vel similibus verbis tantum vtan-

tur.
In nomine Domini Amen: Officialis Archiepiscopalis Curie Coloniensis, ad vniuersorum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, quod Anno Domini N. Indictione N. Pontificatus Domini N. Anno N. die N. ex parte agentis N. vel appellantis Citationis vel monitionis & Inhibitionis mandatum tenoris infra scripti contra N. Reum vel Appellatum à nobis petitum & impetratum est.

Et eadem breuitate petitionem & impetrationem aliorum quoque similiū mandatorum Notarij actis inferent, non recensendo, contenta mandatorum, quæ paulo post in iisdem actis de verbo ad verbum sequentur.

Procuratorum compariciones, eorum saltem nominibus & cognominibus expressis, absq; inani & vana illa titulorum tam Procuratorum, quam partium, aliarumque non necessiarum designacionum, repetitione, scribent potius quam extendent.

In singulis quidem terminis, annum, mensem, & diem breuiter exprimit, minimè tamen opus est, vt anni & mensis mutationem, vel iurium & materiarum insertionem, superfluis suprascriptionibus maiusculis literis scriptis, & lineas aliquot occupantibus, indicent, & velut quibusdam coronis ornent.

Multo minus necessariū est, vt in principio huius vel illius dicit epo-

re semel expresso, in fine hæc vel similis subiiciatur clausula: Sic actu-

C 3 & datum

& datum anno Domini, Indictione, die, mense, hora, loco & Pontificatu prescriptis;

Circa obseruationē substantialium, aliorumq; vtilium terminorum, & actuum, ipsa formalia Procuratorum verba vel scripta eadē breuitate, qua prolatā vel productā sunt, ex protocollo actis inserant, nō etiam quicquam ex suo capite sub prætextu extensionis addent, sed terminos absq; inani verborum accumulatione & repetitione, breuiter, dilucidè & intelligenter ad acta conscribent.

Et licet supra, sub titulo de Procuratoribus, statuerimus, in præstatione iuramentorum omnia & singula capita clare & aperte recensenda esse, nolumus tamen ut propterea latior extensio fiat, sed sufficiat actis inscribi: Anno tali, die, mense, & loco consuetis, Procurator Actoris vel Rei calumniae vel N. iuramentum in forma, tactis sacris, præstabit.

Nec decretis Officialis nostri vel hanc nimis frequentem clausulam: Nos attendentes requisitionem huiusmodi fore iusta & rationi consonam, quodque iusta petenti non sit denegandus assensus, & vel similia non necessaria verba, Notarij adiicient, sed ipsa decretorum verba, absq; mutatione, vel additione superflua, actis inscribent.

Continuations terminorum, per Officiale, ex magna causa admissas, duobus vel tribus saltē verbis actis inserent.

Idem etiam in impedimentis audienciarum, si quae actis inscribenda sint, alijsq; friuolis, & sepius repetitis Inutilibus protestationibus, obseruantur.

Citationes, Monitiones, Inhibitiones, aliaq; Mandata Actis inserenda, & Constitutiones Procuratorum coram se factas, non adeo prolixè, quemadmodum haec tenus factum est, sed quantum fieri potest, succinctè & breuiter concipient, referent, & actis inscribent. Ita tamen ut necessaria non omittantur.

Commissiones, Rescripta, Privilegia, Instrumenta, Libellos, aliaq; producta, & Iura, semel duntaxat Actis inserent, deinde vbi iterum exhibentur, repetitæ exhibitionis actum tantum annotabunt, cum breui adiectione principij & finis, nec non remissione ad locum registri, vbi perscripta reperiantur.

Insuper, quia contingit interdum coram Officiali nostro ad litigientiam vel ad aliquid simile probandum, in prima vel secunda instantia, autentica & sigillata acta coram alijs iudicibus habita, produci, Notarios vero nostro eadē de verbo ad verbū Actis in Consistorio nostro habitis cū dispendio partiū, inserere, nos hoc quoq; malū tollere, & indemnitati litigantium consilere volentes: prohibemus, ne huiusmodi autentica & sigillata acta, in Consistorio nostro habitis Actis inscribatur, Mandantes, ut comunicata copia expēsis, partis p. tēn.

CVRIA E COLONIENSIS.

23

tentis, eadem originalia actis producentis alligentur, & eo nomine nec Notarijs nec Procuratoribus Consistorij nostri quicquam salaria detur.

In extensione vel conscriptione respōsionum vel attestacionum Notarij saltem necessaria, neutquam verò inutilia, extranea, vel impertinentia ponent: Vtputa, comparitionem, & protestationem respondere volentium, breuiter annotabunt, & deinde absq; vltioribus præludijs, & vanis repetitionibus articulorum vel exordiorum, & omissis Articulis protestatiuis, repetitiuis, relatiuis, & ex iure dependentibus, paucis scribent: N. articulum non credit, N. credit. Et sic deinceps, iuxta qualitatem responcionis. Et si plures articuli sint coniuncti, ad quos eodem modo respondetur: cōiungent quoq; responciones, hoc pacto, 1. 2. 3. non credit.

Admonitionem de perjurio vitando testi factam, quinq; vel sex verbis scribent, articulos assertorijs actis inscriptos, in Rotulo relatiū et tantum repetent. Interrogatoria in principio Rotuli semel inserta, denuo ante vniuscuiusq; testis depositionem, in toto vel pro parte non iterabunt. Articulos, Interrogatoria (adscriptis tantum diligenter notis, & numeris) indicabunt, & testium dicta, sine ullis ambagi bus breuiter scribent: Veluti, si testis dicat, se contenta articuli vel interrogatorijs nescire, hoc tribus, verbis Notarij annotabunt, & si plura sint ordine Interrogatoria, aut articuli coniuncti, super quibus testis idem deponit, affirmando, vel negando, aut ignorando, nō repetent singulos articulos vel Interrogatoria separatim, sed scribent testem super illo ac N. & N. articulis subsequentibus interrogatum, hoc vel illud deposuisse, vel se expedire non potuisse, iuxta modū & qualitatem testificationis, & tandem paucis verbis concludent, testi impositum esse silentium.

Attendant autem Notarij diligenter, ne circa annotationem terminorum nimis sint breues, sed omnia formalia & substantialia ad quemcunq; actum pertinentia, in protocollis debitè exprimant, & ita ad acta registratio fiat, sub poena lacerationis actorum, & suspensio nis ab officio in euentum contrauentionis.

Porrò munda & apta non etiam immunda & perfluenti charta ad conscriptionem actorum & Rotulorum vtetur, & in unoquoq; latere 26. lineas scribent, & unaquaq; linea continebit ad minimum 15. syllabas.

Serid autem, & sub poena destitutionis & priuationis, Sigillifero nostro mandamus, vt hæc, quæ de conscriptione Actorum & Rotulorum supra disposuimus, ad vnguem obseruari faciat, & Notarios contrauidentes prima vice sub poena lacerationis, & decē florenorum aureorū, secunda vice grauiori arbitraria poena, ac tertia vice, poena desti.

destitutionis & priuationis ab Officio cum consilio Officialis nostri
citra ullam remissionem vel dissimulationem puniat.

Pro hoc vero labore actorum, eo quo iam statuimus modo con-
scribendorum, Notarij & Procuratores singuli, de quolibet folio (sal-
vo iure pauperis, cui gratis seruient) tantum à partibus litigantibus
recipient, quantum in designatione salatij inferius illis attributum,
reperitur. Nisi forte post sententiam latam, tempore plenariè taxa-
tionis expensarum, per Officiale & Sigilliferum pro personarum
& causarum qualitate, æquum & iustum videatur, hoc salarium ali-
quantulum ipsis augendum esse.

Quando acta sine insertione iurium & productorum, per mo-
dum protocolli, ut in summarij fit, conscribuntur, pro quolibet ter-
mino albi duo currentes similis monetæ, Notarijs & Procuratoribus
singulis persoluentur.

Si acciderit, ut partes, nullis actis conscriptis, super actione insti-
tuta in uicem transegerint, seu à lite desiterint, veletiam in fata cō-
cesserint, tunc partes ipsas, vel earum hæredes, si nec ipsis litem à de-
functo inchoatam prosequi, actaq; conscribi voluerint, pro quoli-
bet termino vnum album, Notarijs nostris soluere mandamus.

Id quod etiam eo casu fieri mandamus, quando Officialis noster
in causis, quæ dilationem & moram non patiuntur, sed celeritatem
exigunt, nō expectata actorum completione, sibi protocollo, pro-
ferendo Decreto, vel Sententia, præsentari mandat.

Et quamvis operæ pretium esse videatur, vt Notarius Causæ, et
iam Examinis Notarius sit: tamen ne sumptibus superfluis grauentur
partes, arbitrium Officialis nostri in hoc oneramus, ut is pro qualita-
tenegotij de super disponat.

In appellationum causis Apostolice in ciuitate nostra Colonien-
se commissis, idem qui fuit prioris instantiæ Notarius, sit & maneat
quoq; appellationis Notarius, nec alium adsumendi facultas erit.

Mandata omnia, & præsertim maioris importantiæ, quemadmo-
dum & Sententiæ, Executoriales, Absolutiones, brachia, declaratio-
nis, & similia, in membrana per se metipsos, vel Substitutos idoneos
emendate conscribant, alias Sigillifer noster illa sigillare non in-
tendat.

Et si Mandatum simplex sit ad immittendum in hypothecam, cu-
rare debent, ut simpliciter contenta literarum, & præsertim sortis
principalis narratis inserantur, sub pœna lacerationis.

Si verò Mandatum fuerit executiuum, tunc breuiter processus
habitus, & Sententiæ tenor, inseri debent.

Pignora & deposita maiora, in numerata pecunia aut clenoribus
consistentia, quæq; summam 25. florenorum aurorum excedunt, in-
tra

CVRIAE COLONIENSIS.

25

tra octo dies ad cistam in armario Ecclesiae nostrae Colonensis existentem, Notarij repont, sub pena decem florenorum aureorum, quoties id factum non fuerit: Nec ipsi aliquod peculiare propter ea salaryum habebunt.

Porrò, ad Bancaliū & Audientiarij processus quod attinet; Quia informamur, iuratos nostros Notarios communes, tempore decessorum nostrorum potuisse, & etiamnum posse, expeditioni causarum in nostro Consistorio pendentium sufficere, & quod multi inde abusus irrepererunt: Hinc est, quod Bancalium & Audientiarij Proceslus abolendos, tollendosq; esse censemus, prout tenore presentium abrogamus. Mandantes sigillifero nostro, ne ullum tale mandatum à Bancalibus contra hanc nostram Reformationem scriptum, sigillare presumat.

Denique sciendum est, illa omnia, quæ hactenus de conscriben-
dis actis, observatione terminorum, & Processus, circa officia Procu-
ratorum & Notariorum dicta sunt, non solum in Curia nostra Eccle-
siastica, sed etiam seculari, & alijs Consistorijs nostris firmiter tenen-
da, & sub pena priuationis obseruanda esse.

FVRAMENTVM *Notariorum.*

EGO N. iuro, & promitto, quod fidelis & obediens ero Reuerendissimo Domino nostro, Domino N. Archiepiscopo Colonensi eiusque successoribus, ac ipsius Officiali & locumtenenti, acta & auctata coram me celebrata & habita, & alios quo scunque processus fideliter conscribam, necnon attestaciones, & dicta testium claudam, easq; & ea non publicabo, donec & quousq; per dominum Iudicem publicata fuerint. Ac alijs officium Notariatus fideliter exercebo: Statuta venerabilis Curiæ Colonensis mihi procurabo, eademque inuiolabiler obseruabo; Iurisdictionem Reuerendissimi pro posse promouebo, nec causas, vel partes ad alia tribunalia traham. Et in vera, antiqua, Catholica, & Apostolica fide, & religione, in hoc Archiepiscopatu Colonensi à temporibus Apostolorum & eorum successorum, hactenus inuiolabiler obseruata, permanebo. Illamq; pro meis viribus semper defendam. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Dei Euangelia.

D D E

DE CURSORE SEV

Apparitore.

IN primis iurabit nobis, aut Officiali, aut Sigillifero nostro, pro tempore existentibus, & ipsorum successoribus, fidelitatem & obedientiam.

Cursor habebit claves Consistorij & Aulæ nostræ, & semper hora audientiæ causarum erit in Aula Consistorij nostri primus & ultimus, ianuas eiusdem Consistorij nostri aperire & claudere debet.

Omnis passim Citationes in nostra ciuitate Coloniensi, secundum hæc nostra Statuta, ritè & legitimè, absque vlla tergiuersatione, seu recusatione, exequetur.

De qualibet Citatione prima ad causam, in dicta ciuitate nostra facienda, recipiet vnum albū. De citatione contra testes, & Citatione quare, pro cōtumacia similiter vnum albū Colonensis monetæ, nisi eadem contra cōmunitatem aliquam, Conuentum, Capitulum, Fraterritatē, siue Prælatū, Executores, Prouisores, aut huiusmodi status siue cōditionis homines, fecerit, de quarū qualibet in ciuitate nostra Coloniensi habebit duos albos monetæ currentis: Inhibentes eidem, ne Citationum mandata, aliosq; processus quoscunq; ipse scribat, sed ea per Notarios nostros Cōsistoriales scripta & subscripta requisitus, debitè exequatur.

Arresta per Cursorem nostrum posita, non debent, nisi in scriptis & Sigillata, iudicialiter referri vel acceptari.

Volumus etiam quod quilibet nouitius in dicta Curia nostra ad aliquod officiorum assumptus, postquam fidelitatis iuramentum, more cōsuetu, præsttit, pro introitu, Apparitori Curiae nostræ duos florinos aureos, antequam ad Commissionis & Officij administracionem admittatur, soluet, aut super eo iure ipsum Apparitorem contentum reddat.

Omnia passim arresta, & quilibet Inhibitiones, de scitu tamen & expresso consensu nostri Officialis vel Sigilliferi, in ciuitate nostra Coloniensi facere potest & debet, & de quilibet arresto, & quilibet Inhibitione duodecim solidos currentis monetæ accipiet. Necnon debitam relationem, cum die & Consule, factæ insinuationis arrestorum, aliorumq; mandatorum in termino mandati faciet.

Congeriem prunarum in loco Sigilliferi nostri, prolique facienda cera, per tempus brumale procurabit.

In habitu deceti pro prædicti nostri Consistorij honore incedere, & Officialem nostrum ad audienciam deducere, ibidemq; vsq; ad finem permanere, nec inde sine licentia recedere, finita autem audiencia prædictum nostrum Officialem domum reducere debet.

Eo

Et quia processus Bancalium abrogatus est, propterea volumus, ut vel Cursor pro tempore Aulae nostrae, vel alius aliquis Notarius, quem Officialis & Sigillifer cum consilio Aduocati Fisci nostri legalem iudicauerint, latorum literarum magister, & director existat, & mandata per Notarios subscripta distribuat, & de quolibet mandato per ipsum interlatores distributo, tres obulos percipiet. Curabitverò, ut mandata inter latores æ qualiter & absq; fauore & personarum respectu distribuātur. Sed non aliter se de officio Latorum immiscebit.

Et si circa hæc, vel alia officium suum concernentia, fuerit negligens, arbitrio Officialis, vel Sigilliferi punietur, & nisi se emendaue rit, deponatur, & alius in locum eius surrogetur.

JVRAMENTVM Cursoris.

EGO N. Clericus Coloniensis dioecesis, Notarius publicus Reuerendissimo Domino nostro, Domino N. Archiepiscopo Coloniensi, eiusq; Officiali, & suis successoribus, fidelis & obediens ero, officiumq; Cursoris Curiæ Coloniensis, omniaq; & singula circa huiusmodi officium necessaria, & ad illud spectantia, fideliter exercebo, & obseruabo. Nec non quascunq; relationes citationum, arrestorum, & aliorum actuum, quæ de Iure vel consuetudine Curiæ ad officium meum pertinere dignoscuntur, fideliter referam, vel referri faciam, scriptis vel verbo, prout qualitas exegerit. Statuta dictæ Curiæ mihi infra mēsis spacium procurabo, & illa obseruabo, & Iurisdictionem ordinariam Reuerendissimi Archiepiscopi pro posse promouebo, & causas & partes ad alia tribunalia non traham. Sic me Deus adiuet, & sancta Dei Euangelia.

DE TABELLARIIS, LITERA- rumve Latoribus & Nuntijs.

Volamus esse quatuor numero literarum latores, qui iurent se. cundum formam infrascriptam.

Fideliter & absq; mora perferant, & his, quibus decet, præsentent literas executas, & executas reportent.

Exhibeant sese mortigeros, nec in officium Notariorum cōmuniū Aule, mandata, Citationes, aliósve processus scribendo, expensasta xādo, aut aliás quicquam, quod ad prædictorū Notariorum officium pertineat, faciendo, sub pœna decem florenorū, quoties cōtra factum

D 2 fuerit,

fuerit, infligenda, se se ingerant. Non sint insolentes, nec quicquam recipiant, quamuis mandata exequenda præsentent. Quod si fauore aut pecunia corrupti, mā data penes se retinuerint, aut absq; causa legitima non executa reportauerint, officio priuabuntur, & præterea decem florenorum aureorum poena mulctabuntur.

Non debent ab ijs simul & eodem cōtextu in eadem causa perfervi monitio & excommunicatio, vel similia mandata sub poena prædicta.

Brachia, si insinuantur, pastores seu vicecurati sine mora debitū responsum mandatis adscribent, & non nisi habito responso ab Executore seu Officiato, cui realis executio facienda incumbit, recedent Tabellarij.

Post comparitionem per partes citatas in forma Iuris factam, ad ulteriorem mandatorum extractionem seu executionem, sub poena vnius floreni aurei, ratione singulorum mandatorum, tam per Notarium causæ, qua per latores irremissibiliter soluenda, non procedetur.

Ulteriora mandata, atque excommunicationes, vel etiam arctiora, non nisi per iudices decreta, & sigillata, sub poena ex arbitrio Officialeis vel Sigilliferi nostri infligenda, exequentur.

Latores literarum, semper in iudicio, nisi ab urbe absfuerint, præsentes interesse debent.

Mandata generalia non dabuntur, nisi Capitulis, Monasteriis, Prouisoribus, Executoribus, alijsque personis communitatem re-præsentantibus, ne Sigillo fraus fiat: Si secus factum fuerit, Notarius vnum florenum aureum Fisco nostro persoluet.

Latores omnia & singula mandata sua, fideliter in Protocollum referent, & signis suis ea quisq; denotabit, vt sciatur quis illorum causam expedierit.

Latores vel Cursor delationes partibus citatis, sine expresso creditorum vel agentium mandato seu consensu, neutquam concedere debent, neq; circa executiones, aut continuationem Processus instituti, aliquam moram vel suspensionem interuenire patientur, neque expensas, sine summa principali recipient, & debito in toto vel in parte ipsis soluto, statim partibus pecuniam acceptam, absque fraude fideliter reddent.

Quemadmodum latores tanquam publicos iuratos iustitiæ ministros, insignia & arma nostra in pixidibus suis portare, ipsosq; officiumq; suum modestè, & cum discretione atque honestate peragere volumus.

Sic eos in protectionem nostram recipimus, seuerissimè prohibentes, vt non solum in Diœcesi, verum etiam in ciuitate nostra Coloniensi

CVRIA E COLONIENSIS.

29

loniensis à nemine offendantur, iniurijsque, damnis, vel molestijs, sub mille florenorum aureorum in auro Fisco nostro applicandorum poena afficiuntur. Et si quæ vis seu violentia maior eisdem inficiatur, nos pro afferenda nostra iurisdictione, & protectione ministrorum nostrorum, in delinquētes & inuasores grauiori poena animaduertemus.

Latores literarum diem exitus, iuxta præfixionem Magistri latorum, tabulæ in Consistorio pendenti, singuli adscribent, quo omnibus ipsorum abitus innotescat.

Latores singulis quindenis, & non tardius, ad partes dioecesis nostræ ipsis designatas, pro executionibus mandatorum, nulla interposita mora vel excusatione, proficiscentur, & mandata debitè executa ad reproducendum tempestiuè reportabunt, aut si ipsi in profectionibus, propter diuersas expansiones, seu pignorations impediti fuerint, quo minus mandata executa ad reproducendum reportare queant, per alium fidum, ipsorum sumptibus, ante terminum ad reproductum, partibus vel Procuratoribus remittent.

Latores si in profectionibus tardiores fuerint, & præcisè singulis quindenis profectiones suas non instituerint, vel abire forte propter paucitatem mandatorum recusauerint, iuxta arbitrium Officialis aut Sigilliferi punientur.

Dabit quoque Magister nunciorum singulis latoribus literarum, vna cum mandatis chartam quandam papyream, in cuius capite hæc vel similia verba, ad mandatorum executores scribet: Honorabiles domini, diuinorum rectores, & mandatorum executores, exhortor vos, vt in hanc chartam, diem aduentus præsentium literarum latoris ad vos, & quot numero mandata exequenda vobis præsentauerit, & quote eisdem executi sitis, necne, scribatis. Executor autem rescribet hac forma: Tali die N. tot N. mandata mihi N. diuinorum Rectori N. exequenda præsentauit, quorum tot N. sum executus. Causam verò non executorum mandatorum in marginibus asscribet. Atque hic videant mandatorum Curiæ nostræ executores, vt integras copias corundem correctè, integrè & distinctè exscriptas, partibus citatis seu monitis tradant, vt intelligere possint, super quo conueniantur. Quod si hoc prætermissum fuerit, præter refusionem expensarum, etiam Fisco nostro florenum aureum inferant.

Pastores siue illi qui pro executionibus quorumcunq; mandatorum adjuntur, statim, & absq; mora, eodem die vel Dominica proximi sequente in personam eorum, quos mandata concernunt, sub decem florenorum aureorum poena executionem facient, copias mandatorum fideliter tradent, & tenorem corundem breuiter edisse.

30. REFORM. IVRIS DICT. ECCLES.

edifferent. Quod si illi præsentes, nō fuerint, tunc latores ad domum
habitationis reorum eodem etiam die, ritè & legitimè exequentur.

Pastores quoq; seu mandatorum executores, vltra præscriptum
tempus executionem non extendent, vel postergabunt.

Si pastores, & ad quos mādatorum executio pertinet, per latores
requisiti, executionem, sic vt præmittitur, non fecerint, Fiscales no-
stri contra illos ad pœnæ præmissæ exactionem procedent, eamq; Si.
gillifer noster citra aliquam remissionem exiget.

Executores verò singulis mandatis, contra quos, quo die & loco
cùm executionem fecerint, cum nominis & cognominis sui, cætera-
rumq; circumstantiarum annotatione, fideliter ascribent.

Quantum verò ad viaticum latorum literarum attinet, Officia-
lis noster & Sigillifer pro ratione temporis & distantia locorum, hoc
ordinabunt.

FVRAMEN TVM
Latorum Literarum.

EGO N, clericus Colonienses dioecesis, Notarius publicus, iuro,
quod Reuerendissimo & Illustrissimo Principi ac Domino, Do-
mino N Archiepiscopo Coloniensi, &c, ac gratiæ suæ successoribus,
& pro tempore Officiali & Sigillifero dictæ Curiæ nostræ, fidelis &
obediens ero, quodq; in ferendis prætactæ Curiæ literis & mandatis,
pro illorum executionibus faciendis, ac alias, circa officiū tabellio-
nis iurati, & illius exercitij onerumq; ratione, eiusdem mihi incum-
bentium adimptionem fideliter & legaliter me geram, Idemq; offi-
cium debitè & fideliter exercebo Necnon excessus deferam. Sic me
Deus adiuet, & sancta Dei Euangelia.

CAVSÆ QVARVM COGNITIO-
nem Officialis non usurpabit.

NE subditi nostri laboribus & sumptibus grauentur, iccirco man-
damus, quod Officialis noster non debeat cognoscere de causa,
qua summa decem florenorum currentium non excedit, si partes
vltra quinque milliaria ab urbe nostra Coloniensi morantur. Qua-
tamen in re nolumus Clerum nostrum vniuersalem & incolas Ci-
uitatis nostræ Coloniensis, annuarumq; pensionum causas (nisi ali-
ter in posterum declarauerimus:) comprehendendi.

Ad.

CVRIAECOLONIENSIS.

31

Ad hæc, in causis bonorum feudalium, curtialium, & latonico-
rum (quoad proprietatem seu petitorum duntaxat) Officialis no-
niter nullam sibi cognitionem usurpabit.

Et Coloniæ contra subditos Ducatus nostri VVestphalici, & co-
mitatus Arnspurgensis, in prima instantia Citationis vel alia manda-
ta, pro summa quinquaginta florenorum aureorum non excedente,
non decernet.

DE FERIIS.

Q Via verò causarum prosecutio & iustitiæ administratio, per mul-
tas ferias impeditur, & suspenditur, volumus, quod posthac in
Consistorio nostro, propter nullas alias ferias audiencia intermitti
debeat, quām quæ in statutis, quondam piæ memoriar, Adolphi tertij
Archiepiscopi Coloniensis prædecessoris nostri, & Synodo in diœ-
cesi nostra XX. Octob. Anno M. D. LIX. habitæ extra ciuitatē Colo-
niensem, solenniter obseruanda & celebranda fore precepta & de-
mandata sunt, & quæ specialiter in nostra Diœcesi & Ciuitate Colo-
niensi, ex antiquo more tam in choro, quām in foro, solenniter cele-
brantur: videlicet.

FN MENSE JANVARIO.

Circumcisionis Domini.

Epiphaniæ.

Sebastiani Martyris.

Agnetis virginis & Martyris.

Conuercionis S. Pauli Apostoli.

FN FEBRVARIO.

Festum purificationis beatæ Mariæ virginis.

Cathedræ S. Petri Apostoli.

Matthiæ Apostoli.

FN MARTIO.

Annunciationis beatæ Mariæ virginis.

FN APRILI.

SS. Georgij Martyris:

Marsi Euangelistæ.

FN

IN MAIO.

SS. Philippi & Iacobi Apostolorum.
Inuentionis S. Crucis,

IN IUNIO.

Natiuitatis S. Iohannis Baptista.
SS. Petri & Pauli Apostolorum.

IN IULIO.

Visitationis B. Mariæ virginis.
Beatæ Mariæ Magdalena.
Translationis trium Regum, in Ciuitate nostra Coloniensi tantum,
S. Iacobi Apostoli.
S. Panthalconis in Ciuitate Coloniensi.

IN AVGUSTO.

S. Petri ad vincula,
S. Laurentij martyris.
Assumptionis beatæ Mariæ virginis.
S. Bartholomei Apostoli.
Decollationis S. Iohannis Baptista.

IN SEPTEMBRI.

Natiuitatis beatæ Mariæ virginis,
Exaltationis S. Crucis.
S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
Dedicationis maioris Ecclesiæ Coloniensis in die SS:
Cosmæ & Damiani in Ciuitate Coloniensi celebrandæ,
S. Michaelis Archangeli.

IN OCTOBRI.

S. Gereonis.
SS. vndecim milium virginum.
S. Seuereni, in Ciuitate Coloniensi:
Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum,
Lucæ Euangelistæ.

JAN

CVRIAE COLONIENSIS.

33

IN NOVEMBRI.

Omnium Sanctorum.

Commemorationis Animarum.

S. Martini Episcopi.

S. Cuniberti, in ciuitate Coloniensi.

Præsentationis beatæ Mariæ virginis.

Beatae Ceciliæ virginis, in Ciuitate Coloniensi.

Beatae Catharinæ virginis.

S. Andreæ Apostoli.

IN DECEMBERI.

S. Nicolai Episcopi.

Conceptionis beatæ Mariæ virginis.

S. Thomæ Apostoli.

Natiuitatis Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi:

S. Stephani prothomartyris.

S. Iohannis Apostoli & Euangelistæ.

SS. Innocentum.

Præterea nolumus Audientiam in Consistorio nostro pluribus
ferijs Festorum mobilium intermitti, quām à festo Thomæ Aposto-
li, vsq; ad alteram Epiphaniæ Domini, & à festo Palmarum, vsque ad
festum lanceæ & clauorum, & à vigilia Pentecostes vsque ad feriam
secundam post octauam Pentecostes, prædictis autem férijs, quibus
adiungimus festum ascensionis Domini, & corporis Christi, exceptis,
singulis diebus iuridicis, more consueto, audientia pro iure dicundo
seruabitur.

DE SALARIIS PROCVRATO-
rum & Notariorum.

CVm propter temporum vicissitudinem Statuta antiquitus bene
ordinata immutare, & secundum præsentem rerum statum re-
formare quandoq; sit necesse. Hinc est quod propter notorium mo-
netæ decrementum, & temporum difficultates circa salarium Procu-
ratorum & Notariorum, Itemq; Ius Sigilli, ad reuocationem vsq; in
modum infrascriptum, forma certa constituta sit.

Notarij itaque pro scriptura mandatorum Inhibitionis, Arresti,

E alio.

34 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

aliorumq; pœnalium mandatorum , item Citationis primæ contra Creditores, sublationis arresti, siue sequestri, relaxationis Inhibitio- nis, & similiū recipient nouem albos currentes.

Pro declarationibus pœnarum , & Cōmissionibus ad examinandum testes, duas marcas currentes.

Pro scriptura Monitorij generalis, qualia Capitulis, alijsq; Vniuersitatibus concedi solent, Item Citationis ad videndum procedi in causa appellationis, cū clausula Certificatoria sine Inhibitione, Item Compulsorialium, sex albos currentes.

Pro scriptura simplicis Monitorij soluendi, respondendi, Brachij minoris, Citationis, Excommunicationis, & similiū mādatorum, duos albos currentes.

Pro iure & annotatione Constitutionis vnius personæ, quatuor albos currentes.

Si verò Capitulum, Monasterium, Vniuersitas, Curatores, Pro- uisores, vel Testamentorum Executores constituunt, duas marcas currentes.

Idem obseruabitur circa affirmationem Libelli, aliorumq; Articulorum, & materiarum , necnon in recipiendis responsonibus, vt, quatenus singularem personam concernat, quatuor albos, quatenus plures, vt supra, duas marcas currentes.

Pro conscriptione actorum per modum Terminorum, ratione termini annotati & extracti, duos albos currentes.

Et similiter ratione folij iura registrata concernentis, trēs albos currentes.

Procuratores pro obseruatione terminorum, & rubricatione A. etorum tantundem recipient.

In causis, in quibus Acta extensè scribuntur, eadem Acta, secundum extēsionem antiquam & communem scribentur, prout tamen in Reformatione est declaratum, pro qualibet sexternione Notarij recipient sex marcas.

Procuratores etiam pro obseruatione Terminorum & rubrica- tionē actorum tantundem recipient.

Notarij in examine testium peregrē agentes, pro vacantia à parti- bus recipient singulis diebus, duos florenos currentes.

FN

F N SIGILLO.

VT circa iura Sigilli etiam modus certus constituatur, & nulli detur querulandi occasio, sic placuit, ut in posterum soluant partes pro sigillatione simplicis Monitorij, vel Citationis cuiuscunque tenoris, duos albos currentes.

Pro simplici Excommunicatione vnum album currentem.

Pro monitorio generali, qualia Capitulis, alijsq; Communiciatis & Vniuersitatibus concedi solent, sex albos currentes.

Pro simplici Brachio quatuor albos currentes.

Pro mandato Inhibitionis, Arresti, seu alio quoconque pœnali mandato in hac Diœcesi Coloniensi, Item pro Citatione prima contra Creditores, Item Commissione ad examinandum testes, duas marcas currentes.

In causis verò Appellationum Xanæten. Bonnen. VVerlen. & Iuliacen. pro citatione ad videndum procedi, cum Inhibitione, tres marcas currentes.

Extra Diœcesim pro Citatione absq; Inhibitione. Item pro monitorio respondendi, & quoconque alio simplici mandato, quatuor albos currentes.

Pro Inhibitione, & quoquinque alio pœnali mandato extra Diœcesim, Item Commissione ad examinandum testes, vnum florenum aureum.

Pro Monitorio ad immittendum in bona hypothecata, duodecim albos currentes.

Pro sigillatione Sententiæ definitiæ, condemnatoriæ, vel absolutioniæ, seu præcepti soluendi, si summa non excedat quinquaginta florenos aureos, soluetur unus florenus aureus.

Si verò summa adiudicata quinquaginta florenos aureos excedat, soluentur duo floreni aurei.

In Causis Appellationum pro sententia remissoria & desertioris, soluetur unus florenus aureus; Pro sententia verò confirmatoria, siue retractatoria, duo floreni aurei.

Pro sigillatione Decreti approbationis Contractus, si Contractus non excedat trecentos daleros, soluetur unus florenus aureus.

Si verò Contractus trecentos, vel quingentos, non tamen mille daleros excedat, soluentur duo floreni aurei; & si mille, tres floreni aurei pro iure Sigilli soluendi sunt.

Si contineat duo millia, quatuor floreni aurei; Et sic consequenter de quolibet mille duo floreni aurei soluentur.

REFORM. IVRIS DICT. ECCLES.

36 Quod etiam in Donationibus ac Renunciationibus bonorum patrimonialium, & similibus Contractibus obseruabitur.

Pro quolibet sexternione Actorum, & dictorum testium, sex albi currentes.

Pro quolibet teste ex parte producentis, duo albi.

Pro Actis per modum Terminorum conscriptis due marce.

Pro quolibet termino substantiali, quorum quinq; numerantur, duo albi.

Pro quolibet termino super desertione duo albi.

Pro constitutione simplicis personæ in Actis, quatuor albi.

Si fuerit Capitulum, Monasterium, Vniuersitas, Curatores, Procuratores, vel Testamentorum Executores, tres marcæ rotatæ.

Pro Executorialibus, ratione cuiuslibet floreni currentis sortis principalis, & taxatarum Expensarum, tres solidi, Salua tamen compositione in maioribus summis cum Sigillifero facienda.

Quod similiter intelligendum de mandato pro taxato.

Item de mandato pro recognito, pro quolibet floreno sortis principalis, unus albus.

Pro mandato Declarationis, unus florenus aureus.

Pro Brachio maiori, unus florenus aureus.

Pro absolutione ab excommunicatione laicali, singulis mensibus, quibus in excommunicatione steterunt, duos albos soluent.

Ecclesiasticus verò vnum florenum aureum pro quolibet mense, & si per festum aliquod infordescat, pro singulis mensibus festum sequentibus soluet duplum.

Si fuerit nobilis, Burgimāgister, Schultetus, Schabinus, aut aliis vir consularis, singulis mensibus vnum florenum aureum.

PRO

PROFESSIONES IN PARTES

*Superioris Itineris quas Rheiſas
vocant.*

Dues	} 1.alb.	Euffelbergh	} 1.alb.
Messenich		Flarzem	
Surda.		Meckenheim	
Weiß	} 1.alb.	Rheinbach	} 2.alb. ex quo eō non est frequens cursus.
Go, dorff		Nünfircchen	
Brüel		Morenhouen.	
Badorp		Arweiler	
Berhdorp		Aldenahr	
Fochem		Brensfich	
Schwadorp	} 3.ß.	Koningsfeldt	} 6.alb.
Walberbergh		Olsbrugk & alia.	
OberWesslingh		Vackel	
Sechthem		Schuren	
Hembrich		Breitbach	
St. Merten		Erpcl	
Waldorp	} 3.ß.	Heister	} 6.alb.
Born,		Broichaußen	
hem		Waltorp	
Meternich		Aßbach	
Otruel		Windthaen.	
Hersel		Spelendorp	
Rüesbergh	} 6.ß.	Frimersdorp	} 3.alb.
Keldentich.		Mannerhouen	
Bonna		Dries/Dimel	
Hersel		Ludendorp/	
Dietkirchen		Vdendorps/	
Endenich			
Heimersheim	} 6.ß.		
GraenRindorp			
Lessenich.			

Wijlich	v. S.	Adendorp
Schwarzen Rindorp		Erstorp
Witterflich		Benhoven
Bulleshem.		Dernaw
Godschbergh	3. alb.	Eikendorp
Frimersstorff		Gelstorp
Flamersum		Holzweiler
Myll		Leimerstorp
Birgeln		Freizdorp
Wili		Wadenheim
Klein Wintern		Buill
Auerbachum		Spendorp
Niderbachum		Ringhen
Verchem/		Kirchdungh
Esch/		
Stracßfeldt/		

In partem lateralem siue syluam.

	Gunderstorp	} 1. — alb.
	Munderstorp	
	Widerstorp	
	Kirderß	
	Louenich	
	Brauweiler	
	Syntern	
	Koningstorp	
	Mechtern	
	Kriell	
Turnich	Haerbell	} Under die Wägeei 1. alb.
	Frechen	
	Glueell	
	Oberbachum	
	Niderbachum	
	Leiblat	
	Gymnich	
	Kyrdorp	
	Lechenich	
	Bleisem	
Rendenich	Freisem	} Sub Dominio Turnich 1. — alb.
	Quadtträde	
	Wetler vff der Eur	
	Weilerschwieist	
Bläckhem		} 3. — B.

Ancrene

CVRIA COLONIENSIS.

39

Antweiler Wichterich
Saxvi. Vorz
Erp
Pinshem
Zulch / & pagos subie.
 atos
Dzlen/retro tul petū
Frauwenberg
Cochem/
Bedbur per totum Do.
minium.

FN PARTEM IN
feriore.

Ossendorp	Neuß	Geisenfis chen.
Buckelmunde	Grimlinckhaussen	
Merhem	Buitgen	
Nheel	Kleinenbroch	
Merkenich	Glehen	3. alb.
Weiler	Lidburgh	
Esch/	Holtem	
Lonrich	Greffräde	
Zulhen	LuttenGlehen	
RheinCassel		
Drr	Giertborchem	
Sumerstorp	Linna	
HackenLangell	Brdingen	
broch	Anrädt	
Whoringen	Schiefsbaen	
Zons	Disternräde	
Niuenheim	Beidberg	
Nettesheim	Caldenhaussen	
Weuelinckhoffen	Carst	4. alb.
Rümmershkirchen	Buerich/Herde	
Gräff.	Bruell	
lich	Bischel	
Land	Willich	
Dyck	Machgeschehen.	

Hoennin,

Hoeningen	v. f.	Kempen	Indie Heide vj.alb.
Nuykirchen		St. Thonnis	
Capellen		Hulz	
Geistorp		Vda	
Freimerstorp		Vorst	
Geisenkirchen		Berck	
Nosell		Iishem	
Norpff		Keppeler	
Alleheiligen		Alpen.	
Elsen			
Capellen prope Elsen			

Præterea per Praefecturas & Dominia Nürburgh, Hard, Bedbur/
Erb Vägtei Cölln vnd ihre zugehörige Dörffer / Item per Vestam Neck-
linghaussen & corundem pagos, iuxta quorum distantiam, salario
soluetur.

*Finis primæ partis Reformationis Iuris-
dictionis Ecclesiasticæ.*



REFOR

REFORMATIONIS JVRISDICTIONIS ECCLESIA- sticæ pars secunda, de Processu.



Vm experientia, optima rerum magistra testetur, Patronos causarum, Procuratores, Notarios, & alios, qui in foro versantur, ex incuria, vel imperitia à Iuris ordine quan- doq; deuiare, & partes litigantes inutilibus sumptibus & expensis grauare, atque subinde sententias post huiusmodi nulliter habirum Processum cassari & retractari, nec non prolixum illum processum contumaciale, antea in Consistorio nostro Ecclesiasti- co usurpatum, causarum celerem expeditionem impediuisse, propter ea necessarium nobis visum est, hac in parte Iurisdictionem no- stram Ecclesiastica corrigere & repurgare, atq; Officiatis nostris se- quentem modum procedendi præscribere.

DE CONTUMACIA.

Primo itaq; statuimus & ordinamus, quod conscripta Citatione non in genere, vt hactenus fieri solitum est, sed cum expressione causæ, & quantitaris debiti, eaque legitimè Reo in personam propriam, vel ad domicilium, aut etiam ex ambone à pastore suo insinua- ta, seu executa, reproductaq; Si actor in termino non comparet, pos- sit Reus citatus sine licentia recedere, vel petere se absolvi ab instan- tia iudicij, Actoremq; sibi condemnari in expensis.

Reo verò non comparente, & contumace accusato, declaratoq;, si Causa, quæ in Consistorio nostro, & coram nostro Officiali moue- tur, est Ecclesiastica siue spiritualis, procedatur contra contumaces ad censoriarum Ecclesiasticarum inflictiones, & declarationes, ita ut in termino primi mandati, si huiusmodi causæ per viam Inhibitio- nis fuerint cœptæ, per quatuor citationes vsque ad declarationem, sicut hactenus factum, procedatur: Sin verò Processus, citra Inhibitio- nem, per viam monitorij fuerit inchoatus, & persona contumax sit Ecclesiastica seu nobilis, aut alicuius præminentia, scribatur citatio Quare, ante excommunicationem.

Cæterum in causis excessum, in quibus Fiscum seu Procurato- rem officij nostri per inquisitionem procedere contingit, mandato super excessibus contra delinquentem emissō, si Reus contumax fue- rit, procedatur contra eum ad censuras, prout in causis Ecclesiasticis

F & spi.

REFORM. IVRIS DICT. ECCLES.

43 & spiritualibus per nos supra ordinatum est. Nisi agitur ad exactio-
nem poenarum commissarum, quo casu procedatur contra reum
conuentum iuxta formam processus, in actione personali infrascri-
ptam.

Si autem causa ciuilis seu prophana est, actioq; personalis institu-
ta fuerit, & Reus citatus non compareat, nec iustum absentiae causam
alleget; declarabitur contumax, & in contumaciam eius Actor seu Im-
petrans statim exhibebit Libellum suum, & decernetur monitorium
contra Reum sub pena duodecim florenorum aureorum, pro una
Agenti, pro altera parte Fisco nostro applicanda, ad respondendum
huiusmodi libello, & super eo item contestandam, nec non ad iuran-
dum de caluminia, ad tertiam si intraneus, ad sextam si infra quin-
que miliaria, si vero ultra quinque miliaria constitutus fuerit, ad no-
nam diem peremptorię. Et in eventum non comparitionis, citabitur
Reus in eodem monitorio ad secundam diem luridicam, post cur-
sum monitorij, ad videndum & audiendum Processum contra Iudi-
ces decerni, ut per arrestationem omnium bonorum suorum mobilium
& immobilium, & si illa defuerint, per detentionem corporis, con-
tumaciam suam purgare, nobis seu nostro Officiali de contemptu iu-
dicij, & parti, de expensis satisfacere, ac iuri coram Officiali nostro sta-
re compellantur.

Quod si Reus nec huic mandato obtemperauerit, Procurator
Actoris illud ipsum, lapso termino, reproduceret, accusataq; contuma-
cia non comparentis, & eidem non obtemperantis, decernentur lite-
ræ & mandata ad Amptmannos siue Drossatos, Iudices, præfectum
loci, vel quoscunque alios nostros Officiatos seculares, ut contuma-
cem per arrestationem bonorum suorum mobilium & immobilium,
& in defectum illorum, per detentionem corporis contumaciam
suam coram Officiali nostro purgandam, præmissis mandatis paren-
dum compellant, idque lingua Germanica in forma sequenti ex-
pediuntur.

MY Official des Erzbischöflichen Churfürstlichen Geistlichen
Hofes zu Cölln/ Entpieten euch den Edlen Erenfesten/Ersam/
Fürsichtigen vnd Weisen N. Amptman/Drossen/Vogt/Schulz/
Schöffen / ic. zu N. vñseren günßigen Gruß / vnd alles guts zubor:
Fügen euch daneben zu wissen, daß N. von N. als Kläger von wegen N. (hic
fiat descriptio cause iuxta contenta libelli:) gegen euwers anbesohnten
Ampts Gerichtstat/oder gepieits Undersassen/den Beklagte/ für vns nach
form der Ordendgh der erneuertter Reformation/vff sein des Beklagten
vngehorsam aufzubiebe/ so weit vnd fern procedirt vnd fürgefahren/ daß wir
den Beklagten derwegen vngehorsam erkandt/ Demnach beschlēen vnd ge-
pieten

pieten wir euch hiemit ernstlich/bey Peen N. Goldgulden in Golde/vnsers
gnedigsten Herrn Fisco vnableßlich zubezahlen/daz jr den Beklagten inner-
halb neun tagen / den nechsten nach vberantwortung dieses Brieffs folgen-
de/dern wir euch drey für den ersten / drey für den zweyten / vnd die vberige
drey für den letzten vnd endlich Gerichtstag Peremptoriē dazu ernennen/
wircklich mit behafftung seiner Güter fahrender vnd ligender/vnnd im fall
der keiner für handen / mit anhaltung seines Leibs / bisz daher zwingt / dasz er
vnsers Mandaten gehorsame / dem Kläger sein auffgewendte erlittene Ge-
richtliche Kosten vnd schaden / inhalts vnsers Notarii beschehener Taxation
ohn lengern verzug / vergnügen/ entrichte vnd bezahle / vnd ihme die Sachen
für vns / wie Recht auszuführen gnugsam versicherung vnd Caution thu/
vnd euch also hierin erzeigt / dasz wir gegē euch ferner Proces zu auffführung
obgenannter Peen zu erkennen nit verursacht. Wo jr euch aber diß vnsers Ges-
bots beschwerde / vnd darwider gegründte erhebliche eiareden zu haben ver-
meindt / Als dann so heissen vnd laden wir euch / dasz Ihr selbst oder durch
euren Anwaldt auff den N. tag / wo fern derselbige ein Gerichts tag seyn
wird / sonst auff den nechsten Gerichts tag darnach / den wir euch gleicher-
weise auch endlich vnd Peremptoriē ansehen vnd benennen / an gedachten
vnsers Gericht zu erscheinen / dieselbe einreden auch im recht darzuthun. Ihr
erscheinen oder nit / wirdt nit zu weniger auff des Klägers anrufen vnd er-
fordern / im denn allen vnd jedem gehandelt vnd procedert werden / wie sich
das gebürt / Darnach wisset euch zu richten. Datum Cöllen vnder dem meis-
ten hieunden angehangenen Officialats Siegel. Im Jar nach Christi
vnsers lieben Herrn Geburt / cc.

Auß sonderlichem geheiz vnd befelch obgenan-
tes meines Herrn Officials / hab ich N. Notar-
ius mein eigen Handt vnderschrieben.

Hoc mandato decreto & executo, Praefecti, Iudices, & alij, contra
quos processus dirigitur, designabunt executori diem certum,
nō ultra dies octo à die factæ executionis distantem, quo velint huic
mandato parere, & bona Rei sub firmo arresto pōnere, & tenere, & in
defectum bonorum eum apprehendere, & incacerare, donec realis
paritio per Reum fiat. Et quidem die vt premittitur præfixo latores
vel aliqui horū loco ad Schultetum vel eum, cui executio incumbit,
pro reali executione habenda, redibunt. Si vero Iudices se in hoc in-
obedientes præstiterint, & die præfixo realem executionem non fe-
cerint, procedatur cōtra eos ad declarationem pœnae, prætacto man-
dato insertæ, & solutionem expensarum, & damnorum quæ partes
economine perpeſſæ sunt.

Liberum quoq; erit Actori, petere vt in contumaciam Rei lis pro
contestata habeatur, & libellus suus loco Articulorum repetitus, ad

probandum admittatur, & ad sententiam diffinitiuam procedatur. Et huiusmodi petitionem Actoris, Officialis noster admittet, vel etiam Actori petenti, se ex primo decreto immitti, decernet mandatum contra Iudices seculares ad immittendum Actorem ex primo decreto in bona petita: vel si personali actione agatur, in alia bona Rei contumacis pro quantitate debiti, in libello petiti, & coram Officiali nostro summarie verificati. Et si deinde plenius probato debito, & iusto tempore elapso, petat Actor, sibi decerni mandatum contra Iudices ad mittendum ipsum in possessionem ex secundo decreto, Officialis noster hanc quoque petitionem iuxta causarum qualitatem & iuris dispositionem admittat.

Nolumus tamē per præmissam nostram ordinationem iuris communis scripti dispositionem circa reliquos modos contumaciam Reorum puniendi præscriptam, abrogare.

Hec quæ de omissione excommunicationis per nos statuta sunt, obseruari volumus in causis ciuilibus contra laicos institutis: cōtra Clericos enim ad censuras Ecclesiasticas, prout haec tenus fieri solitū, & suprà statutum & ordinatum est, procedatur.

DE TERMINIS POST COM- paritionem in prima instantia seruandis.

CAETERUM comparente Reo, & iuri stare volente, vel contumacia sua in forma Iuris purgata, si causa sit Ecclesiastica, veluti beneficialis, testamentaria, aut si agatur super electione, iure Patronatus, seu præsentandi, instituendi, conferendi seu prouidendi, super decimis, necnon matrimonij, sponsalibus, impedimentisq; matrimonialibus, diuortijs, & legitimationibus, vñtris, & eas quoquomodo tangentibus, & similibus, mandamus ut in ijs simpliciter, & de plano, ac sine strepitu iudicij seu figura procedatur. Videlicet, ut iurisdictio nefundata, per reproductionē citationis seruetur terminus, ad libellandum ad primam diem, & in illo termino detur Libellus verbo siue scripto, & prævia responsione iuretur de calunia, deinde seruetur terminus ad articulandum ad secundam, in quo pro qualibet parte, ut quisq; voluerit articuli dentur, & seruetur terminus ad dicendū contra articulos ad secundam diem. Quo facto, admittantur probations, si quas altera vel vtraq; pars facere voluerit. Et deinde seruetur terminus ad producendū omnia ad secundam diem, post hunc ad dicendum contra producta. Postea cōscriptis & præsentatis actis ad petitionem alterius vel vtriusq; partis, feratur sententia, & fiat iustitia.

Por.

Porrò quod attinet ad causas prophanas, quæ in duplice differen-
tia existunt, aut enim causa est plenaria quæ summam decem flo-
norum currentium superat, aut summaria sive leuis, ut quæ huius-
modi summam non attingit: ergo statuimus & ordinamus, ut in ple-
nariis causis seruentur termini substantiales, hoc modo, ut Actor seu
eius Procurator in termino citationis, non tam nouam dilationem
ad libellandum petat, quam statim formalem articulatum libellum,
duplicatum Officiali nostro offerat; Reoq; conuento vel ipsius Pro-
curatori petenti copiam eiusdem, expensis Actoris, tradat.

Et cum Actor non nisi paratus, instructusq; venire debeat, illum
abusum abolendum tollendumq; censemus, quo Procuratores no-
strí Libellos imperfectos exhibere, & deinde terminum reportandi
colligere consueuerunt: prout tenore praesentium eundem tolli-
mus & abrogamus: Mandantes Officiali nostro, ne huiusmodi termi-
num, etiam in alijs exceptionibus, Replicis, duplicitis, &c. in posterum
det vel concedat.

Omnis positiones & articuli per Procuratores rectè quotentur,
sive distinguantur, & seorsim designentur, ne in responsionibus ad il-
los faciendis erretur.

Libello realiter oblato, & per Actorem, infra quinque miliaria
decentem, per iuramentum affirmato, quod scilicet articuli pro par-
te sua in hac causa dati & exhibiti, in quantum factum suum concer-
nunt, veri sint, in quantum vero alieni & factum alterius concer-
nit, quod credit illos veros esse & probari posse. Si vero Reus tunc
exceptiones exhibere velit, & haec tenus saepius compertum sit, cas
magis ad prorogationem quam ad necessitatem causæ exhibitas, &
Officiali nostrum, eiusque deputatos Commissarios inutili inspe-
ctione causæ grauatos fuisse: Volumus ut Procuratores absque legi-
timis ac veris rationibus huiusmodi exceptiones non proponant,
aut si iustis de causis excepturi sint, non id verbo, per generalia con-
tra, sed in scriptis cum perspicua designatione, & adductis rationibus
faciant:

Si vero Reus exceptiones non exhibeat, tum personaliter per iu-
ramentum ad Libellum & articulos Actoris singulatim & cathego-
ricè respondeat, an eos credit, vel non credat veros esse, nisi ultra quin-
que miliaria à nostra Ciuitate Coloniensi moram trahat, quo casu
per Procuratorem, solennitatibus debitibus adhibitis, respondeat, po-
terit etiam Reus, suos articulos defensionales, peremptoriales, elisi-
uos, aut si quo alio nomine vocetur, quotatos & rectè distinctos, præ-
dicto modo exhibere.

Et cum propter responsiones factas, crebro inter partes, an suffici-
entes sint, necne, contentiones oriuntur, per quas causæ in præaudi-
cium

*quæmodo procula omnia
plenaria*

*integer et perfectus libellus
probus libel*

cium partium protrahuntur: ideo statuimus & ordinamus, quod ad omnes & singulos articulos, qui non sunt Iuris, sed facti, per verbum credo vel non credo, absque appendice, attamen saluo iure impertinentium, &c. responderi debeat.

Et si respondens aliquem articulum in vna parte credit, & in altera non, articulum in sua responsione distinguere, ac ubi eum credit, distinctè indicare debeat.

Si verò hoc iam dicto modo, aliasve ad vnum & plures articulos non sufficienter respondetur: alteri parti contra huiusmodi responsiones excipere, & super quibus articulis non sufficienter responsum sit, demonstrare licebit: Et Iudex Decretum suum imponeat.

Cùm autem ex negligentia Procuratorum, responsionum ergo, plures non necessarij actus iudiciales, an sufficienter responsum sit necnè, celebrentur: Procuratores, respōsiones in vim iuramenti praestiti accurate examinent, nec propterea nō necessarios Actus vel submissions iudiciales faciant, super quibus Officialis noster & Sigillifer diligenter attendant, & transgressores puniant.

Postquam lis contestata, & de calumnia iuratum est, seruentur termini substantiales ex ordine, & procedatur, quemadmodum hactenus processum fuit, ad sententiam vsq; inclusive.

Hæc obseruabuntur vbi Reus negat imputationem siue Libellum Agentis verum esse, cōtestando item negatiuē. Si verò fatetur imputationem, tunc siue causa sit plenaria, siue summaria, non sunt aliae partes iudicis in confessum, quām in condemnando.

Et propterea in actione personali, si debitum consistit in quantitate, decernatur mandatum pro confessato, cui nisi Reus intra terminum constitutum paruerit, decernatur processus contra Iudices, quo moneantur, Reum per arrestationem bonorum illius mobilium & immobilium, & in defectum corundem per detentionem corporis compellere ad debitum confessatum soluendum.

Hoc monitorio decreto & executo, iudices designabunt executori, intra nouem dies, certum diem quo pignora dare velint, tam forte, quām pro expensis taxatis, necnon viatico & expensis ibidem in iudicio seculari necessario factis.

In actione verò reāli, decernatur mandatum in Germanico Idiomate, iuxta personarum & rerum circumstantias expeditum, contra Iudices, ad immittendum Actorem in rem ei adjudicatam, Reumq; ad soluendum de reliquo iudicato compellendum.

Hactenus dictum est de processu contra verè confessum insti-
tuendo. Quo similiter videntur est contra fictè confessum, id
est,

est, cōtra Reum qui post præstitum veritatis aut calumnia iuramentum super positionibus interrogatus, iussusq; à Iudice sub pœna confessati respondere, absq; rationabili causa recusat, seu contumaciter se absentat. Nam talis debet super his, de quibus in ijsdem positionibus interrogatus extitit, pro confessio haberi.

In summijs autem seu modicis causis, quæ non excedunt sum. mam decem florenorum currentium, solennis processus non obseruetur, sed saltem factum narretur viua voce, vel exhibetur petitiō summaria, & iubeatur Reus personaliter respondere. Nisi ultra quinque miliaria à Ciuitate nostra Coloniensi moram trahat. Quo casu seruabitur, vt suprà in processu plenario dispositum & sanci. tum est.

Hinc iuretur de calumnia, seruenturq; termini in summijs seruari soliti, & probet Actor intentionem suam summariè, & procedatur, amputatis longioribus dilationibus, ad sententiam cōdemnatoriam vel absolvitoriam.

Si vero Reus debitum confessus fuerit, vel in causa succubuerit, procedatur contra eum ob non solutionem confessati & recogniti, vel ob non partitionem Rei iudicatæ ad captionem & distractionem Pignorum, vt superius in processu plenario personalium actionum annotatum est.

Porrò quod ad causas excessuum attinet, quando Fiscum seu Procuratorem Officij nostri per inquisitionem cōtra delinquentes procedere contingit, debet Reus personaliter viua voce respondere super obijciendis excessibus, in præsentia Sigilliferi nostri & Notarij sententiarij.

ORDO PROCESSVS EX L.

*diffamari C. de ingenuis & manu-
numissis.*

CVm haetenus mandata ex L. Diffamari C. de ingenuis & manu- missis, à partibus petita & impetrata sint, antequam aliqua iactitationis scedula cum debitib⁹ suis requisitis Officiali nostro sit porr̄cta: hinc statuimus & mandamus, ne Officialis noster partibus petentibus huiusmodi mandata concedat, nisi prius super iactitatione (si commodè fieri potest) cum circumstantijs, scedula eidem Officiali nostro offeratur, cùm expressa narratione facti, quod nulla sit desuper, litispendentia, vt eadem mandato ad proponendum, &c. decernendo inseratur, atq; ita causa citationis patefiat,

Per.

Porrò, si legitimè citatus, de quo Officialis noster diligenter inquiret, contumaciter emanserit, aut intra præstitutum terminum actionem suam proponere noluerit, aut denique causas rationabiles, quare ad hoc nō teneatur assignare distulerit, moneatur deinde ad eundem effectū, vt infra quindenam, actionem suam proponat, cum comminatione imponendi perpetui silentij, clausula interim iustitiae, Nisi saltem medio tempore, &c. inserta.

Tandem si neque huic monitorio contra ipsum ritè & legitimè executo paruerit, ad conuincendum omnem ipsius citati & moniti contumaciam, ad perpetui silentij impositionem procedetur. Ita tamen vt ante impositionem silentij de legitima mandatorum executione constet.

DE INHIBITIONIS Processu.

Si quādo ex iustis & licitis causis literę Inhibitorię emissę sunt, præcedatur legitimè iuxta stylū Curiae nostræ: Fiscalibus nostris mandantes, vt poenarum emonitionem & exactiōnem debitam sedulo procurent. Ita videlicet vt senior Fiscalis à data publicationis huius Reformationis primam introducendam declarationis causam, deinde secundus in ordine secundam, & tertius tertiam nostro nomine interueniendo sibi sumant defendendam, poenasque in communum sigilli nostri emonendas, & sic rursus à primo ad ultimum redendo, causæ declarationum inter Fiscales ordine distribuantur, quo tanto diligentius seueriusq; poenæ commissæ exigantur.

DE TERMINIS IN SECUNDA & TERTIA INSTANTIA SERUANDIS.

Postquam de processu causarum Ecclesiasticarum & Ciuilium, quo ad primam instantiam, suprà per nos quædā constituta sunt, referre nō parum existimamus, processum causarum appellationum subiungere. Officiali ergo nostro ad cuius curam inter alia pertinet, causas in prima instantia committere (vt ad minimum duæ instantiæ in nostro Consistorio peragantur) prohibemus, ne in causis appellationum à grauamine vel interlocutoria, non habente vim diffinitiæ interpositarum, antequam de competentia iurisdictionis cōfiter, contra priorem iudicem inhibitionem decernat.

Cūm enim sēpe partes ex petulantia potius ac temeritate ad remoran-

morandam & impediendam latarumq; sententiarum, rerumq; iudicatarum executionem, & vt partem aduersam arte hac circumagendo ad paupertatem vel improbam transactionem adigant, aut quo diutius occupatis bonis eorumque possessione fruantur, quam ex necessitate appellant: sancimus & volumus, vt Officialis noster, deinceps ad hæc diligenter attendat, & si huiusmodi temerarias ac friuolas appellations comperiat, non modo appellantes in expensis condemnnet, sed & in eosdem (iuxta conditionem & qualitatem cause & personarum) legitimam iuris pœnam statuat & exerceat.

Statuimus quoq; & ordinamus, ne Officialis noster appellatum causas minores decem florenis currentibus recipiat, nec per iudices prioris instantiae, tales appellations admittantur, sed sententiæ ad requisitionem partium ad executionem perducantur.

Si dubium inter partes inciderit, causam controuersam tantam summam non excedere, appellans per iuramentum coram Officiali nostro affirmare cogatur, se malle decem florenos currentes de suo amittere, quam ista appellations causam deserere. Si hoc iuramentum appellans præstiterit, tunc appellatio à nostro Officiali recipiatur.

Vtq; appellantes in processu eo citius, parte appellata instante, de reali appellatione docere possint: volumus & mandamus, vt Notarij vna cum citatione ad videndum procedi in causa appellations, etiam cōpulsoriales ad edendum acta priora extrahat, eisdemq; sub pœna vnius floreni aurei, Fisco nostro quoties contra hæc facere præsumpserint, inferenda, serio inhibentes, ne appellanti citationem sine compulsorialibus (vt hactenus fieri consuevit:) dent, nisi appellans coram Notario (id quod actis quoq; inserendum erit) confiteatur, se acta completa habere.

Et vt huic articulo pareatur, nec partes ab inferioribus iudicibus per retentionem actorum iniquè impedianter: volumus, vt quocunq; tempore contra eos qui compulsorialibus non paruerint, coram Officiali nostro ad pœnam per Fiscales procedatur, vt partibus damna & expensas, quas ob talem moram & retentionem actorum pertulerunt, restituant.

Cum etiam sèpè in Appellationum causis, acta priorum instantiarum Aulæ nostræ iudicio offerantur, in quibus pleraq; iudiciorum gesta exhibitaq; non reperiuntur, vnde non exigua damna & causarum magnæ difficultates promanant: ergo huic malo obuiam ire cupientes, mandamus, vt acta semper integra perfectaq; & omni via, quantum fieri potest, carentia, edantur.

50 REFORM. IVRIS DICT. ECCLES.

Quocirca, si quid in actis quæ in hoc iudicium nostrum inferuntur, prætermissum, vel erratum, vel etiam incogitâter scriptum, deprehendatur, inferiores iudices, & illorum actorum scribæ, qui talia acta ædiderunt, proprijs expensis, absque partium detimento, & sumptu corrigere, aut denuo conscribere, & integrâ perfectâq; acta partibus tradere cogantur.

Cumq; partes sæpè cōquerantur, se in obtinendis actis priorum instantiarum per inferiores iudices in numerando actorum pretio grauari: ideo volumus ab illis acta coram ipsis habita sic taxari, ne partes propterea iustum conquerendi causam habeant.

Seruentur autem termini in causis appellationum in secunda & tertia instantia, iuxta stylum consuetum, ita tamen, vt in termino citationis de appellatione doceatur. Alioquin si de appellatione in termino doctum non fuerit, nec de legitimo impedimento constiterit (nam constito de legitimo impedimento appellans saltem per publicum instrumentum de appellatione reali doceat) causa ad priorem iudicem remittatur, ne dilationibus superfluis, causarum decisiones protrahantur, partesque magnis & inanibus sumptibus grauentur.

*TERMINI SVPER DESER-
tione Appellationis.*

SVper desertione Appellationis seruentur termini, ad docendum de diligenti prosecutione appellationis primo, secundo, tertio, & quarto ex superabundanti, singuli ad primam, Quibus seruatis iustitia administretur.

*DE MODO DANDORVM ET
distrahendorum pignorum.*

IN primis omnes illas deprauatas consuetudines, quæ in hunc locum paulatim irrepserunt, omnesq; corruptelas, quæ cum maximo iustitiæ impedimento, subditorumque nostrorum grauamine, & litigantium dispendio in iudicijs passim usurpatæ fuerunt, abrogamus; & posthac in dandis distrahendiisque pignoribus, hunc modum & formam obseruari volumus.

Vtiudices primò dent res mobiles, puta: suppellecilem, vtenilia, frumentum, & sub frumento comprehensa vina, & similes res

res liquidas: illisq; deficientibus, equos, boues, aliaq; pecora quæ sine expensis & sumptibus non conseruantur.

Quod si pignora commodè dari nequeant, propter absentiam Rei, vel quod domus clausæ reperiantur: tunc Iudex loci, vel is cui executio demandata est, claustrum foribus R eorum statim appendat, ne Reus domum ingrediatur; & altera die Iudex vel Præco ex ea domo pignora sufficientia, in præsentia fide dignorum testium (si Scabini non fuerint præsentes) realiter capiat, & iuxta formam præscriptam procedat, & exequatur.

Vbi Supellex, aliæque res mobiles deficiunt, dabuntur bona immobilia. Quod si neq; immobiliabona habeat Reus, coniiciatur in vincula, donec satisfaciatur, creditoremq; contentum reddat. Reus autem incarcerandus, si isto tempore abfuerit, debet nihilominus Iudex loci eum, quam primum poterit, etiam auctore absente, apprehendere & incarcerare, partiq; agenti incarcerationem factam significare, expensis auctoris.

Interim Præco incarceratum diligenter custodire, & non, nisi reali paritione prævia, dimittere debet.

Creditor tamen seu viator interea temporis singulis diebus pro alimentis incarcerato tres solidos, & Nuncio seu commentariensi vnum album currentem pro iure carceris dabit: proque huiusmodi sumptibus incarcerato præstandis ab initio Præconi cauebit.

Quod si Creditor vel viator infra quatriuum post intimationem deincarcerato Reo sibi factam, incarcerato & Nuncio sumptus, ut præmissum est, non præstiterit, Nuncius impunè incarceratum dimittet, & nihilominus in vim cautionis expensas repeteret.

Cum verò incarceratus reali paritioni prævia & absolitione obtenta ac præsentata, ex vinculis seu carceribus dimittitur, pro iure clausuræ, Nuncio persoluet sex albos currentes.

Datis pignoribus, procedatur hoc modo: vt sublatis quibuscumque locorum & iudiciorum consuetudinibus, & Statutis in contrarium vigentibus, Si res, quæ sumptus in conseruatione requirunt, datæ sint pignori, in hospitium deferantur, & reseruentur in diem tertium, interea licebit debitori, seu condemnato redimere pignora, forte ipsa, damnisq; & expensis solutis. At si intra triduum hoc non fecerit, pignora à luratis, & in locis ubi illi desunt, ex æqua æstimatione Iudicum seu Scabinorum taxentur & vendantur, fiatq; Creditori ex isto pretio solutio sortis, damni & expensarum, nisi valor pignorum sorti, damno & expensis æquetur, quo casu pignora creditori, in hoc consentienti, in solutum dentur.

Si verò pignorum pretium maius sit debito, creditori saltem pro-

52 REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

quantitate debiti & expensarum solutio fiat, reliquum debitori reseruetur ac restituatur.

Si supellex, vel aliae res mobiles, quæ sumptus nullos desiderat, datae sint pignori, reseruentur tales res per quatuordecim dies, interea licebit eas debitori, cum solutione debiti, & refusione expensarum luere, quod nisi fecerit, creditore instante, per se, vel per Procuratorem praesentem taxentur, & proclamatæ res exponantur, & sub hasta & plus offerenti vendantur, ut ex pretio creditoris satisfiat, aut si emptorem non inuenient, creditoris, predicto modo, in solutum dentur.

At si res immobiles in pignus datae sunt, primo per Iudices loci ex aequo & bono estimabuntur: Deinde tribus diebus Dominicis continuis in Ecclesia proclamabuntur, ut sciatur, num qui ex consanguineis, seu alijs sint, qui tale pretium statim pro eis exoluere, seu plus offerre velint.

Quod si interea temporis nec debitor, nec quisquam alius eius nomine debitum exoluerit, aut pignus luere procurauerit, creditor anno & die, hoc est, anno toto, & septimanis sex, a tempore ultimæ proclamationis computandis, pignoribus vti & frui poterit. Interim vel medio tempore licebit debitori, seu eius consanguineis adhuc idem pignus, absq; tamen repetitione fructuum medio tempore perceptorum, redimere & liberare, sorte principali & expensis solutis: Nemine verò eiusmodi pignus intra præscriptum tempus redimente, creditor seu victor per Iudicem sine omni mora & omnibus exceptionibus remotis, se immitti, & idē pignus pro modo & quantitate debiti sibi adiudicari faciet, & procurabit. Ita tamen, ut id, in quo pignora debitum excedunt, debitori seu condemnato restituatur.

Quibus hoc pro coronide adjicimus, ut si Iudices inferiores, quibus demandata est executio, in forma præscripta nō procedant, quod Officialis noster, per mandata executiva contumaciam non parentium constringet, & ad ulteriora absq; mora procedet.

Quoniam autem circa taxationem pignorum magni sçpe abusus committuntur, siccirco præcipimus, ut soli Scabini deinceps taxationem faciant. Quorum duos adhibere sufficiat in causis letioribus, quæ centum dalerorum summam non excedunt: Quipro hoc labore vnum florenum currentem coniunctim accipient, & illo salario contenti sint, etiamsi summa ducotorum dalerorum fuerit; Si verò trecentorum daleroru, vel ulterius summa sese extendat, singuli recipiat sedecim albos. In grauioribus autem causis plures scabinos assumere licebit, non tamen ultra quatuor, quibus singulis pro ista taxatione soluetur vnu florenus in moneta currentis.

Vtq;

CVRIA COLONIENSIS.

33

Vtque fraudi, quæ circa taxationem bonorum quandoq; adhibetur, occurramus: Volumus, res per Scabinos taxatores iuste & taliter æstimari, vt si non inueniant emptorem, qui tanti eas comparare in animum inducat, Actor quoque easdem multo minoris faciat, & tanti accipere recusat, ipsi taxatores easdem pretio estimato, recipere compellantur.

Cum verò in hypothecam est facienda immissio, intimato mandato ad immittendum, Praefectus vel Schultetus, executori statim designabit diem, horam & locum, idq; intra terminum mandati, quando huiusmodi mandato parere velit, & mandato adscribet, Die N. fiet immissio, &c pro quo Schulteto dabuntur quatuor albi currentes.

Ad hanc immissionem faciendam, præter Praefectum vel Schultetum, duo Scabini, Reus, alijq; hypothecam occupates vocabuntur; Nuncio Iudicij pro qualibet citatione duo albi currentes.

Die, hora & loco præfixis, Actor, seu eiusdē Procurator, aut Nunciū, à dictis Schulteto, Scabinis & Nuncio Iudicij in vim mandati executi, & præfixionis per Schultetum factæ, petet realem immisionem in hypothecam, in literis obligatorijs in ludicio coram nostro Officiali prius exhibitis, vel Mandato expressam; quas literas, vel earundem copiam, per causæ Notarium subscriptam ibidem exhibebit.

Extunc lectis literis, seu earundem vera copia, quæ ibidem sufficiet, vel mandato, Rei citati absentia non obstante, quam Citationem prius referet Nuncius Iudicij, Schultetus & Scabini cum Nuncio Iudicij, Actorem, seu eiusdem Procuratorem pro sorte, pensionibus cessis & expensis, in hypothecam immittent, inque veram ac realē eiusdem possessionem inducent, ac eundem in possessionem manutenebunt. Pro quo actu, Schulteto seu Praefecto & duobus Scabinis, singulis soluentur duodecim albi currentes, & Nuncio sex albi currentes.

Immissione, vt præfertur, facta, Nuncius Iudicij statim Reo seu Reis sub comminatione poenæ denunciabit, vt ad usum actoris immisi hypothecam de occupet seu deserat, nec actorem quouis modo in eadem turbet, aut molestet, & dabuntur Nuncio pro qualibet Citatione duo albi currentes.

Quatenus verò Reus extra pagum, in quo actus immisionis celebratur, moretur, extunc pro ista denunciatione dabuntur Nuncio quatuor albi; Si verò plures fuerint Rei, pro intimatione singulorum duo albi.

Hypotheca deinde per duos aut tres Scabinos æstimetur, & cuilibet Scabino æstimanti, dabuntur tres marcæ currentes, siue

G 3 vnlis,

REFORM. IVRISDICT. ECCLES.

54

vnum, vel plures agri, syluæ, aut domus fuerint, vbi cunq; etiam intra vel extra Ciuitatem, oppidum vel pagum situati.

Procedetur etiam ad proclamationem hypothecæ in Ecclesia, & ulterius, prout supra circa bonorum immobilium assignationem est declaratum. Atque idem quoq; quo ad salarium Iudicio persolendum, est obseruandum.

Ad hunc itaque modum omnes immisiones in hypothecas seu bona immobilia quæcunq; fient, depravato & excessivo tempore immissionis & estimationis circa expēsarum exactionem abusu in quibuscunq; locis & Iudicijs penitus sublato & interdicto.

DE IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ IMPEDITORIBUS.

CVM paulatim usus omnium emergentium rerum & difficultatum magister demonstret, quosdam officiatos certorum Castrorum, & subalternorum Dominorum Dominos dioecesis nostræ, cursum Mandatorum, & Iurisdictionis ordinariæ nostræ impedire, ac ausu temerario subditis huiusmodi Castrorum, seu Dominij prohibere, ne alter alterum in huiusmodi Dominio, seu territorio commorantem, coram Officiali nostro conueniat, vel mandata Officialis nostri exequatur; quod utiq; nostræ authoritatis existimationem gravare animaduertimus. Sic mandamus in virtute obedientiæ sub pena millium florenorum omnibus tam à nobis ipsis, quam à venerabili nostro Capitulo deputatis Amptmannis, Praefectis, Drossatis, Burgimagistris, Officiali, Aduocatis, Schultetis, Scabinis & alijs omnibus, huiusmodi temporalia regentibus, ne ipsi deinceps nostram ordinariam Iurisdictionem impedian, aut cursum mandatorum Officialis nostri prohibeant, aut quicquam contra eandem attenterent vel presumant quouis quæsito colore.

Vt autem Officialis noster & Sigillifer cognoscant, quomodo ad instantiam Procuratorum nostrorum Fiscalium, & contra transgressores nostræ huius Constitutionis & prohibitionis procedere, ac posteriæ eorum coercere debeant, iussimus paginam cuiusdani mandati ex antiquis Statutis Ecclesiæ nostræ extrahere, & hisce subnecere, firmiter præcipientes, vt requisiti & moniti Officialis & Sigillifer statim ad istum modum mandata poenalia emittant, & super poenis in iisdem comminatis ius & iustitiam nostris Procuratoribus Fiscilibus administrent,

COPIA

CVRIA E COLONIENSIS. ss
*COPIA MANDATI CONTRA
impedientes Iurisdictionem Ec-
clesiasticam.*

Officialis Curiæ Coloniensis, &c. pro parte prouidi viri Magistri N. Reuerendissimi & Serenissimi Principis, & Domini, Domini ERNESTI Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopi Principis Electo. ris, &c. Procuratoris Fiscalis, fuit nobis expositum, Quod quanquam ab Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis recolenda memoria Archiepiscopis Coloniensibus, & præsertim à quondam bonæ memorie Domino Theodorico Archiepiscopo Coloniensi, prouide & consultè statutum fuerit & ordinatum, ut in Causis prophanis super verbis iniuriosis aut percussionis, vulnerationib[us]ve, & etiam in alijs causis emption. & vendition. ac supportation. qualescunq[ue] fuerint, quæ extendunt se ad summam duorum florenorum & infra quæ, cōtingeret inter commorantes extra ciuitatem Coloniensem ac per instantiam vnius miliaris, & inter laicales personas tantum, illas causas Officialis pro tempore ad Iudicem temporalem, sub quo partes cōmorantur, cum condemnatione expensarum contra actores ipsos remittat & remittere debeat. Hinc tamen forsan sumpta occasione, nonnulli Drossati seu Officiati certorū Castrorum Dominij seu Territori, Coloniensis, necnō Burgimagistri, Officiati, Aduocati, Schulteti, & Iudicia temporalia inibi regentes (quo spiritu ducti, aut qua authoritate fulciti nescitur) in causis alijs, in supra expressis demptis & exceptis, indifferenter nedum cursum mandatorum nostrorum impedire, sed, quod deterius est, subditis huiusmodi Castrorum seu Dominij, ne vnu illorum alium commorantem in huiusmodi Dominio seu territorio coram nobis conueniat, in causam trahere audeat, ac pastoribus, siue diuinorum Rectoribus, ne mandata nostra exequantur, sub magnis & formidabilibus poenis prohibere sunt veriti, neq[ue] veretur per hæc & alia diuersa media nostram Ecclesiasticam Iurisdictionem impedien. temerè quidem & de facto, poenas iuris cōmuni & Statutorum Ecclesiæ Coloniensis contra impedientes Iudicium Ecclesiasticorum Iurisdictionem editarum, damnabiliter incurrer, in animarum suarum graue periculum; Hincest, quod nos Officialis præfatus pro parte supradicti M. Francisci de Rheimbach Procuratoris fiscalis debita cum instantia requisiti, vrbis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum, in virtute sancte obedientiae & sub Excommunicationis poena districte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus accidentes quo propterea fuerit

fuerit accedendum, & accedere fueritis requisiti, seu alter vestrum
fuerit requisitus, MONEATIS & requiratis vice & autoritate
nostris prænominatos Drossatos, Burgimagistros, Officiatos, Ampt.
mannos, Aduocatos, Schultetos, Scabinos, & alios, huiusmodi iudi-
cia temporalia regentes, quorum nomina sciueritis, aut quos lator
præsentium vobis duxerit in specie nominandos, reliquos verò in
genere publicè de ambonibus Ecclesiarum vestrarum tempore diui-
norum, populi multitudine inibi congregata, prout nos eosdem cō-
iunctim & diuisim autoritate nostra præsentium tenore sub Ex-
communicationis & decem millium florenorum pro vna, dicto
Procuratori Fiscali, & pro reliqua medietatibus fabricæ Ecclesiæ
Coloniensis, si commissa fuerit, irremissibiliter applicandorum
pœnis, vt infra sex dies vestram monitionem huiusmodi ipsis fa-
ctam proximè sequentes, quos dies ipsis, & eorum cuilibet, pro om-
ni dilatione, terminoq; peremptorio, ac monitione canonica pre-
figatis, prout nos eosdem dies sic præfigimus eisdem, omnia & sin-
gula impedimenta & prohibitiones supradictas, sic, vt præmittitur,
præstata & facta, ac præstitas & factas, vñā cum omnibus inde securis,
animo nō innouandi, tollant, deponant, cassent & reuocent, tolliq;
& deponi, cassari & reuocari effiant, ac quilibet eorum (in quan-
tum ipsum concernit) tollat, deponat, casset & reuocet cum effe-
ctu, nosq; desuper certificet. Inhibentes nihilominus eisdem mo-
nitis sub similibus pœnis, modo præmisso applican. ne ipsi dein-
ceps nostram Iurisdictionem ordinariam impediunt, aut cursum
mandatorum nostrorum prohibere, aut quicquā contra eundem,
& in illius præjudicium, eneruationem, vilipendium & contem-
ptum attentare audeant vel præsumant, seu aliquis eorum audeat
vel præsumat per se vel alium seu alios, publicè, vel occultè, dire-
ctè vel indirectè, quoquis quæsito ad hoc colore vel ingenio. Alio-
quin ipsos omnes & singulos contrarium facientes, dictam Excom-
municationis sententiam incidisse declarabimus. Et nihilominus
ad prædicta pœna pecuniariæ extorsionem siue exactionem, arcti-
us prout de iure poterimus procedemus, & procedi faciemus. Ci-
tantes nihilominus eosdem monitos & Inhibitios, & eorum quem-
libet peremptorie coram nobis, ad Aulam Archiepiscopalem Co-
lonensem, in qua iura redi solent, ad primam diem iuridicam
cursum siue terminum dictæ nostræ monitionis proximè sequen-
tem, Et ad horam primarum iudicij siue audiētiæ causarum coram
nobis consuetam, ad docendum, & fidem legitimam nobis facien-
dum, sese huiusmodi nostris monitioni & Inhibitioni realiter &
cum effectu paruisse, Alioquin eos, & eorum quemlibet pœnas pre-
dictas incidisse declarari, Literas declaratorias desuper necessarias
decer-

CVRIA E COLONIENSIS.

57

decerni & concedi per nos videndum & audiendum. Vel dicendum, causamq; rationabilem, quare ea fieri non debeant, allegandum, Cum intimationibus debitiss & consuctis. Reddite literas sigillatas, diem siue dies atq; modum & formam executionis praesentium, & quicquid in praemissis feceritis nobis liquidè rescribentes. Datum anno Domini, &c.

DE EXECUTIONE MANDATORUM NOSTRORUM, & CURIÆ nostræ Colonensis.

Præcipimus districte sub poena Excommunicationis latè sententiæ in his scriptis, quod Decani Christianitatum & Sacerdotes parochialium Ecclesiarum, vel vices eorum gerentes, & omnes alij cuiuscunq; sunt dignitatis, conditionis & status, quod mandata nostra, & Curiæ nostræ & Archidiaconorum nostrorum, prout eis subsunt, fideliter & viriliter exequantur. Et si timeant, quod malum aliquod per aduersarium vel sacerdotem iustitiam, vel quemcunque alium, debeat inferri, portatori mandatorum, cautè ipsum expediant, & postmodum mandata Curiæ nostræ adimplere procurent. Item præcipimus sub poena Excommunicationis latè sententiæ in his scriptis omnibus & singulis Sacerdotibus parochialibus, vel eorum vicibus gerentibus, quod singulis diebus Dominicis, accensis candelis, & pulsatis campanis, publicè & solemniter excōmunicent omnes illos qui perturbant iurisdictionē Curie nostræ Coloniensis, vel Archidiaconorū nostrorū, & qui impediunt, quo minus nos iurisdictione nostra vramur liberè & quietè. Et exponat presbyteri singuli in Ecclesijs suis parochianis, in quib⁹ intelligatur iurisdictio huiusmodi perturbari, videlicet, interdicendo, prohibendo inhiberi faciendo, vel statuendo, ne aliqui in Curia nostra Causam suam prosequātur. Itē arrestando, capiendo, vel capi faciendo per iustitiam sacerdotalem Latores mandatorum Curiæ nostræ & alios, qui in Curia nostra suos aduersarios trahunt in ius, vel verberando, vel verberari faciendo, vel cōminando, vel literas Curie nostræ rapiendo, vel lacerando, vel etiam alia faciendo, per quæ processus negotio valeat retardari, contrarium facientes, quos in his scriptis excommunicamus, per plebanos locorum, ubi præmissa perpetrata dinoſcuntur, excommunicati nominatim & publicè in ipsorum Ecclesijs nuncientur. Et si dicti excommunicati in ipsa Excommunicatione per septem dies manserint, ipse locus & Ecclesia (quem & quam in his scriptis Ecclesiastico supponimus inter-

interdicto) denuncienter publicè ab eisdem locorum plebanis interdicto Ecclesiastico subiacere.

Item præcipimus sub poena Excommunicationis Latè sententię ut Ecclesiarum Rectores, vel eorum vices gerentes, Sigilla propria habeant, & procurent intra mensē vnum ab hac die numerādum.

IVXTA hanc itaque præscriptam formam, volumus omnes & singulos in Consistorio nostro Ecclesiastico, suo fideliter officio fungi, ac sese in omnibus & per omnia hisce statutis, quantum vnumquemq; eorum concernunt, ita conformare, vt iurisdictionem nostram Ecclesiasticam noua quædam dignitatis, & venerationis accessio commendet.

Volumus autem, vt in reliquis casibus, de quibus in hac iustitiae & iurisdictionis judicialisq; processus Reformatione nostra, expressè sanctum, vel etiam in decessorum nostrorum pijs & salutaribus Constitutionibus, præceptum non est, Ius commune seruetur.


Si verò contingat alicubi in hac Reformatione nostra, quædam vel non satis perspicue & luculenter explicata esse, vel contra animi nostri sententiam, vt plerunq; sit, in ambiguum, ancipitemq; disputationem vocari, ea, vt res & tempus postulabunt, apertius, dilucidiusque per Dei præpotentis gratiam explicaturi sumus.

FINIS.

MONASTERII VVESTPHAL.

EXCVDEBAT LAMBERTUS Raffeldt.

Anno M. D. XCIII.



Kr 4482

40

ULB Halle
002 180 340

3




5b.

1677 W.M.


6393



Farbkarte #13



REFORMATIO
IVRIS DIC-
TIONIS ECCLESIASTI-
CÆ ARCHIEPISCOPALIS CV-
RIAЕ COLONIENSIS, IVSSV ET AVTHORITATE
Reuerendissimi & Senerissimi Principis ac Domini, D. ERNESTI
Electi & Confirmati Archiepiscopi Coloniensis, Sacri Romani Im-
perij per Italiam Archicancellarij, Principis Electoris, Episcopi Leo-
diensis, Administratoris Episcopatum Monasterien. Hildeshei-
men, & Frisingensis, Principis in Stabelo, Comitis Palatini R he-
ni, Superioris & inferioris Bauariae, VVestphaliae, Anga-
ria & Bullionis Ducis, Marchionis Francimonten.
Legatiq; nati &c. conscripta
& ædita.



MONASTERII VVESTPH.
Excudebat Lambertus Rasfeldt.
Anno M. D. XCIII.

Cum gratia & priuilegio &c.